LEXICON
HEPTAGLOTTON,

Hebraicum, Chaldaicum, Syriacum, } Samaritanum, Æthiopicum, Arabicum, } Conjunctim;
Et Perſicum, Separatim.

In quo, omnes voces Hebrææ, Chaldææ, Syræ, Samaritanæ, Æthiopicæ, Arabicæ, & Perſicæ, tam in MSS^{is}. quàm Impreſſis libris, cumprimis autem in Bibliis Polyglottis, adjectis hinc inde Armenis, Turcicis, Indis, Japonicis, &c. ordine Alphabetico, ſub ſingulis Radicibus digeſtæ, continentur.

Earumque ſignificationes, omnium præſertim in SS. Hebræis Bibliis ſemel tantum occurrentium, multo aliter quam apud Modernos, ſive Hebræos, ſive Chriſtianos, ex tribus Chaldæis Targumin, utroque Babylonico, & Hieroſolymitano Talmude, vetuſtiſſimorum Rabbinorum Commentatoribus, Theologis, & Philoſophis, Variis S. Scripturæ Lectionibus Hebr. Chald. &c. tribus exemplaribus V. & N. T. Syris, tribus magna ex parte utriuſq; Æthiopicis, tribus Arabicis, duobus Perſicis, tribus Pentateuchis Samaritanis: Lexicis item in omnibus hiſce Linguis vix numerandis; Alcorano, Avicenna, Geographo Nubienſi, &c. ut & Græca LXX Interpretum verſione, amplè & dilucidè eruuntur, proponuntur, & explicantur.

Variorum inſuper Interpretum difficiles ac diſcrepantes ſententiæ, conferuntur & examinantur: quamplurima Errata in aliis Lexicis, necnon in ipſis Bibliis Polyglottis, etiam pravæ haud raró Tranſlationes emendantur, & ad verum ſuum ſenſum reſtituuntur.

Cui acceſſit BREVIS, & HARMONICA
(quantum fieri potuit)

GRAMMATICÆ,

Omnium præcedentium Linguarum Delineatio.

Authore **EDMUNDO CASTELLO;** *S. T. D.*
Regiæ M. à Sacris: Linguæ Arabicæ apud Cantabrigienſes Profeſſore, poſt muneris illius ibidem à Nobiliſſimo, Honoratiſſimoq; Viro THOMA ADAMS *Equite & Baronetto, Urbis* Londinenſis *Aldermanno, Patrèque ipſius meritiſſimo ſtabilitam Fundationem, primo:*
Necnon Eccleſiæ CHRISTI Cantuarienſis *Præbendario.*

LONDINI,
Imprimebat THOMAS ROYCROFT, LL. Orientalium Typographus Regius. CIↃ. DC. LXIX.

AUGUSTISSIMÆ MAJESTATI
CAROLI II.
Magnæ Britanniæ, Franciæ, & Hiberniæ Regis
Deſideratiſſimi, Fidei Defenſoris; &c.

Scitum eſt illud antiquiſſimi inter Hebræos ſcriptoris כל מה שנזכר בתורה בנביאים ובכתובים רומזים אל החכמה *Omnia quæcunque in Lege, Prophetis, & Hagiographis extant memorata, ſapiunt & reſpiciunt ad Sapientiam h.e. Meſſiam. Folia SS. Scripturarum ſunt faſciæ Chriſti, quibus placidiſſimè involvitur Unigenitus ille, & æternus Dei Patris filius. Has plurium (ni fallor) quam poſt homines natos unquam antea, Linguarum præcipuarum maximéque primitivarum ornatu variegatas, inque uno veluti faſce ſimul colligatas, ante undecim annos in Bibliis Polyglottis, orbi dedimus literato. En jam tandem, in* Heptaglotto *hoc* Lexico, *quod ad pedes T.M. quàm humillimè provolvo, ſub Maximi Nominis T. auſpiciis, non unam tantùm (qualis illa quæ Magis aliquando viſa eſt) ſed ſeptem ſtellarum plauſtrum (CAROLINI inſtar illius quod in cœlis) tum ab Oriente, tum à Meridie exortum, ad Lumen omnibus ſalutem atque Servatorem ſuum, illo in loco ubi ſolùm & ſemper conſpiciendus jacet quærentibus, patefaciendum exhibemus. Utrumque hoc opus reverà unum eſt, idémque. Quid enim aliud SS. Scripturæ ſine Interprete, quàm concluſus hortus, & fons obſignatus? Neque cum varietate hac Linguarum, præ aliis harum, quæ primæ ſunt ab Hebræa derivationis, & (ut loquuntur) extractionis, Interpres alius in hoc genere comparandus eſt ullus: Non S^{ti}. Patres, quantumvis primitivi, hac dote deſtituti; non Scholaſtici, non Commentatores, antiqui vel moderni; non ipſa Eccleſia, nedum Philoſophia, ut ſomniant quidam Neoterici.*

De Ave quadam, cujus nomen apud Syros hiſtoricos ܐܦܝܡܟܘܣ *apud Græcos & Latinos* Epimachus, *ferunt, harum in parentes ſenio confectos tantum eſſe amorem, ut eos benignè foveant, nutriantque, necnon cæcutientibus ipſorum oculis, ac tantum non cæcis, quibuſdam applicationibus, viſum denuò reſtituant clarum; Idem officium præſtant filiæ iſtæ ſex primogenitæ, Chaldæa, Syra, Samaritana, Æthiopica, Arabica, Perſica, in gratiam matris Hebrææ; cujus caligini in quamplurimis vocibus auxilio ſunt, atque illuſtrationi, ſæpè ſupra quod dici poteſt, ſingulari. Sub unaquaque ferè radice, hujuſce rei veritas conſtabit luculenter.*

Nullus opinor Lexicographus (quod ingenuè fatendum) mediis ad certiſſimam Maternæ hujus Linguæ intelligentiam fruitus eſt magis abundanter, quàm nos, in longo hujus Operis decurſu, qui Facem hîc tantum præferimus aliis, quâ ipſi Lumen multò ſplendidius, tum Arcanis Dei eloquiis, tum etiam univerſo Orbi aliquando tradituri ſint Chriſtiano.

Eſt maximo totius Africæ Imperatori Templum quoddam መካን፡ ክቡር፡ *dictum, in quod nemini ſine munere ſuo licet introire. Ego jam ſecundâ vice M.T. aulam ingreſſus ſum cum munuſculo meo, levidenſi nimis, quia T.C. nihil à ſubdito offerri queat Magnum. Interim venia (uti ſpero) mihi dabitur uſurpandi illud ſacratiſſimi ac planè Regii Vatis,* Domino meo Regi victimas me neutiquam immolaturum gratuitas; *ſed (ſi fas dicere) carè quidem emptas. Non enim qui plurima dedit, ſed cui pauciſſima ſunt relicta, qui* ὅλον τὸ βίον, *quicquid facultatum habet, in Dei, Principiſve ſui conjicit donaria, is demum à ſupremo Mundi judice laudatur maximè. Hoc puto innoteſcit omnibus, ſcilicet quibus ego notus ſum, nihil eſſe quod mihi parentes reliquerunt, (Patrimonium aliquando ſatis commodum atque amplum) nihil quod in anteacto vitæ meæ tempore laboribus meis atque ſolicitis acquiſiveram curis (acceſſio minimè contemnenda) quod non integrum in offertorium hoc jam olim impenderim.*

Annus jam agitur decimus ſeptimus, ex quo relicto rure paterno, immanibus hiſce atque tremendis auſis (talia fuerunt certè) non ſine M.T. conſenſu, quum primùm ſpecimen hujus Operis ſub ejus initium ob oculos fuit poſitum; necnon literis inſuper quamplurimis, à viris magni nominis, quà in Eccleſia, quà in Rep. domi, foriſque ad me miſſis, (quarum magna pars, uti etiam Bibliothecæ meæ, cum multa ſupellectile & tricenis Lexici Heptaglotti exemplaribus, in flammis periit Londinenſibus) me ſubmiſi invitus admodum, animóque (quod teſtabitur ὁ Καρδιογνώστης) multùm horreſcente, quodq; ſatis ſuperque noverunt illi omnes ſummi viri, qui me promiſſis tum auxilii, tum etiam remunerationis ad iſthæc non pellexerunt tantum, ſed vi quadam urgenter impulerunt. Mihi verò, in Molendino hoc per tot annorum luſtra indeſinenter occupato, dies ille tanquã feſtus & otioſus viſus eſt, in quo tam Bibliis Polyglottis, quàm Lexicis hiſce provehendis, ſexdecim, aut octodecim horas dietim non inſudavi. Mitto privata quæ corpori in curriculo hujus Operis contigerunt mala, membrorum confractiones, luxationes, contuſiones; quodque præ omnibus hiſce graviſſimè dolet, Oculorum lumen, perpetuis atque indefeſſis vigiliis tantùm non ademptum: item alia magis publica, Bellum nationale, Peſtem ſæviſſimam, & miſerandum Urbis hujus incendium; quibus omnibus diutiùs multò ut protractum fuit hoc antea languens negotium, ita ſupra modum ingraveſcebant ſimul onera mea & impenſæ. Dictum illud ſapientiſſimæ in ſuo tempore gentis, mihi hîc favet, היזק שאינו ניכר אין שמיה היזק Damnum illud nullum eſt, quod non agnoſcitur, vel ſentitur. Sunt tamen præter hæc omnia, aliæ inſuper (nec paucæ nec parvæ) quibus gravatus fui infœlicitates, quas ſatius atque conſultius puto, ſilentio contegere, quam non ſine periculo in publicum proferre.

Tandem verò, cùm ad Culmen jam perductus fuit miſeriarum mearum cumulus, duplicatis quaſi lateribus, Θεὸς ἀπὸ μηχανῆς T. M. tempeſtivè mihi ſuccurrit, ídque multis modis. Primò, Literis ad omnes Archiepiſcopos, Duces, Marchiones, Comites, Vice-comites, Epiſcopos, Barones, alióſque totius Regni Subditos, hujus Operis recommendatitiis. Quas inſecutæ ſunt aliæ à RR. DD. Archi-Epiſcopis, Reverendiſque admodum DD. Epiſcopis ſingulis ſubſignatæ. Item ante quinquennium aliæ, à Reverendiſſ. Honoratiſſimóque Præſule, Patrono meo valde benefico, GILBERTO Archiepiſcopo Cantuarienſi, totius Angliæ Primate, ad ſingulos ſuæ Provinciæ Epiſcopos conſcriptæ. Quas omnes prelo commiſi, quaſdam non ſemel, at ſucceſſu parum felici. Enimvero univerſæ hæ literæ, plus minus ſeptingentas libras tantùm mihi porrexerunt, ad promovendum Opus, in quo millenas multò plures infauſtus exhauſi; præter plurima atq; ingentia valde, quæ contraxi debita. Quid quod, prænominatæ collectæ ſummæ pars maxima, quadringentæ ſc. libræ, procuratione atque operâ ſolertiſſimâ prudentiſſimâque, Reverendi admodum in Deo Patris SETHI D. Epiſcopi Sarisburienſis, intra quatuordecim dies fuerunt conquiſitæ?

Ante triennium, M. T. Sacellanus Ordinarius factus ſum, atque hoc pacto conceſſa ſunt mihi Privilegia quædam, quo huic Operi ſecuriùs incumberem. Ante annum, donavit me M. T. Canonicatu in Eccleſia Cathedrali CHRISTI Cantuarienſi; necnon nuperrimè Diſpenſatione pro abſentia mea ab eo loco, partim ob munus aliud (in quo laboris multum, emolumenti mihi adhuc vix quidquam) quod mihi demandatum eſt in Academia Cantabrigienſi, illinc longè diſſitâ; partim ob Corpus tot, támque diris vexatum caſibus, ad itinera omninò nunc ineptum.

Pro omnibus hiſce T. M. tot tantíſque beneficiis, atque præ omnibus, quòd ad hæc tam ardua, (modò me pereunte, ea Eccleſiæ CHRISTI profuerint, & Reipublicæ Literariæ) juſſus fui, quod unicum, & quidem ſolum jam mihi reſtat, Deum O. M. veneror, ut M. T. concedat pacatum, ac indies magis magíſque florens Imperium domi, Victorias famigeratiſſimas foràs, Valetudinem ſupra terras, pluſquam pancraticam, atque ſerò tandem in Cœlis, Coronam ſempiternam: Ita vovet,

Sereniſſimæ T. M. à Sacris,

EDMVNDVS CASTELLVS.

PRÆFATIO.

PRAVITATE atque malitia, ſimul ſemelque, vel una vice, infecta fuit univerſa humanæ naturæ maſſa, at paulatim vix tandem, aut ne vix, in triſti hoc mortalitatis ſtatu, unquam expurgatur; Ut Lux prima Creationis, reliquaque omnia Hexamerῶν opera, à טוב ad טוב מאד gradatim ſunt progreſſa. Nec aliter ſeculis hiſce ultimis, Orientalis, *h.e.* optimæ Scientiæ indies increſcens ſplendor. Jubilæus jam agitur quartus, ex quo primum Occidentalem, atque Borealem hanc mundi partem illuſtrare cœpit, (pro more Magni Luminaris in ſuo orbe curſus naturalis) pariter Sol iſte lucidiſſimus. Anno 1500. *Hebraicæ* tantum linguæ, ope laudatiſſimi *Capnionis*, ejuſque ſequacium, exiguus emicuit radius; nec non *Chaldaicæ*, paulo poſt, ſtudiis indefeſſis doctiſſimi S. *Munſteri*. 2, Poſt Annum 1550. fauſtiſſimis *D. Widmanſtedii* in Orientem profectionibus atque curis, dialectus *Syriacæ* enituit exoptata cognitio: Sub idem tempus prodierunt Biblia *Complutenſia*, & Regia in tribus iſtis Linguis. 3, Poſt annum 1600 literæ *Arabicæ*, ſtudiis cumprimis *M. Bedwelli* noſtri, atque *Cl. T. Erpenii* læte ac fœliciter nobis affulſerunt. 4, Ab anno autem 1650.. longe fulgentior exortus eſt aſteriſmus Lingg. *Æthiopicæ*, *Perſicæ*, *Malaicæ*, apud nos in *Anglia*, & apud *Belgas*, *Armenicæ*, *Anamaticæ*, *Copticæ*; *Turcicæque* nunc apud *Italos*, qui Lexicon nuper ediderunt *Italico-Turcicum*, nec non apud nos *Grammatica Latino Turcica*, ſtudio digniſs. viri *D. Seaman* confecta eſt, & propediem excuſura.

In ſeptem primis linguis impreſſa ſunt ante decennium *Biblia Polyglotta*. Labore autem noſtro haud levi in iis edendis, vixdum exantlato (ob quem, Honorarium illud quod in Præfatione *Waltoniana* dicor accepiſſe, in illud ipſum opus non refundebam tantum omne, ſed mille plus minus libras, ad promovendum illud, partim ab aliis ſolicitando procurabam, partim ipſe donabam ultro) cum ecce ad aliud novum difficilius longe, nec unquam antea à quopiam per omnia tentatum opus, impenſe vocor. Hoc autem ex quibus, quot, quantiſque authoribus ſatis diligenter perlectis contextum eſt, omnibus ut clarius conſtet, nomina eorum hic in limine ſubtexam.

Biblia noſtra *Polyglotta* ſexies evoluta, cum duobus aliis Exemplaribus *Syriacis*, totidem *Arabicis*, item *Pentateuchis Samaritanis*, collata.

Pentateuchus Mauritanus Arabice, & *N. Teſtamentum*, à *Cl. Erpenio* editum. Fragmentum *Pentateuchi Arabico-Samaritani*, & Commentarii *Arabici* in eundem MSS.

MS. *Arabicum* librorum *Hiſtoricorum*, *Joſ. Jud. Sam.* mihi à Doctiſs. viro *D. Buncle* benigne communicatum.

Paraphraſtes *Chaldæus* in *lib. Paraleipomenῶν*, quem ex autographo in Academia *Cantabrigienſi* accurate deſcripſit, & *Latinitate* donavit D. *Sa. Clericus* amicus meus ſingularis, & in *Bibliis Polygl.* συνεργὸς diligentiſſimus, Cujus etiam opera ac ſtudiis laudatiſſimis in parato eſt apud *Oxonienſes* ſeptimum *Bibliorum Polyglottῶν* Volumen, cum Verſionibus antiquiſſimis, nec adhuc unquam editis, non *Chaldaica* tantum hac, ſed *Syriacis* inſuper, *Æthiopicis*, *Copticis*, *Arabicis*, *Perſicis* contextum. *Pſalteria* quatuor *Arabica*, *Nebienſe*, *Romanum*, *Impreſs. Gallicanum* & *Mauritanum* MSS. *Pſalterium Æthiopicum* MS *D. Pocockii*: Item *Syriacum Neſtorienſe* & *Jacobiticum*. Verſio *Arabica* Prophetarum *MS.* olim *D Seldeni*, nunc in Bibliotheca *Oxonienſi*. Tres Liturgiæ *Samaritanæ*, & partim *Arabico-Samaritanæ*. Rituale *Jacobiticum*. Miſſale, atque Breviarium *Syriacum*. Officium Simplex *Maronitarum*, *Syr.* Miſſale *Æthiopicum Romæ* impreſſum.

Decem Liturgiæ *Æthiopicæ* MSS^{æ}. *ſc.* *S^{i} Johannis* Evangeliſtæ; *Nicenorum* patrum. *S^{i} Epiphanii*. *S^{i} Jacobi*. *S^{i} Chryſoſtomi*. *Anonymi*. *Sanctorum Apoſtolorum*. *S^{i} Cyrilli*. *S^{i} Gregorii*. *S^{i} Dioſcori*, quod ultimum ſub finem Lexici *Æthiop.* à Honorat. D. *J. Ludolfo* contexti una cum Grammatica *Æthiop.* & Confeſſione fidei *Æth.* a *CLAUDIO* Imperat. *Æthiopiæ* ſcripta, *An. Dom.* 1661. hic fuit Impreſſum. Encomium *Æthiop.* ^{1} *B. V. Mariæ*. ^{2} Patriarcharum. ^{3} Cœleſtium & Terreſtrium, ſive Menologium Poeticum. Horum omnium MSS. *Æthiop.* copiam mihi fecit Cl. D. *D. Pocockius* Lingg. *Hebr.* & *Arab.* in Academia *Oxon.* Profeſſor Regius eminentiſſimus. In hoc ultimo, Menologio, *ſc.* *Æthiop.* exactiſſime evolvendo, valde ſedulam navarit operam Cl. vir D. *Mich. Wanſleben*.

Liber magnus Homiliarum *Æthiop.* in folio. Liber precum *Æthiop.* Pſalterium. *Æthiopicum MS.* quorum omnium uſum benevole mihi conceſſit vir ſummæ ac reconditæ eruditionis D. *Theodorus Petræus Danus*. מחזור *Germanicus* in folio, & *Portugallenſis* 8° in quatuor Voluminibus. Collectiones ex *Gregorio Syro*, Catena Patrum *Syr. &c.* mihi à Cl. Nobiliſs. atq; omnigenæ ſecretioris literaturæ callentiſſimo D. *D. Loftuſio* amice conceſſæ. Ut mittam quæ ex S^{to} *Ephrem*, & aliis ipſe collegi. *Hebræorum* quorum ſæpius occurrunt nomina. *Ra. Sa. Jarhi*. *Ab. Eſra*. *D. Kimhi*. *Rabboth*. *Abravanel*. מכלל יופי *Menahem*. *Tanchuma*. *Bccai*. *M. Nachman*. *M. Alſhic*. *Iſ. Abuhaf*, *&c.* in Pentateuchum omnes, & in univerſum V. *Teſtamentum* quidam. *Juda Leo* in libros Hiſtoricos. *Ob Sforno*. *R. Simeon*, aliis perperam *R. Samuel* in *Job*. *Ob. Gaon* in *Pſalmos*. *Mo. Elmoſin*. *Joſ. Taiſac* in *Megilloth*. Talmud *Babylon.* & *Hieroſolym.* *Moſ. Majmon.* לבוש התכלת Aliique non pauci.

Evangelia *Perſica Cl. Abr. Wheloci*, & Celeberr. D. D. *Pierſon* opera edita. Tractatus *Perſici* D. *Jo. Gravii*. Roſarium *Perſicum*. Hiſtoria *Chriſti*. & *Petri Perſice*, *Hiſtoria Judith*, aliaque plura MSS^{a}. *Perſica*.

PRÆFATIO.

Quantum ad Lexica, hæc præcipue præ oculis continuo habuimus; *Hebraica D.Kimbi*(& quod Lexici inſtar, *Nathanis* Concordantias.) *Avenaru*, *Forſteri*, *Pagnini*, D. *Pomarii*, *Buxtorfii*, *Schindleri*, quod fere integrum in hoc opus transfudimus; *Chaldaica* trium ultimorum, item *B. Aruc. Ph. Aquinatis. Eliæ Thiſb. Cohen de Lara. G. Fabritii, S. Munſteri, Plantavitii.* Emendationes, nec non Additiones quædam *M. Buxtorfii* ad ſuum Lexicon *Chald.* partim à Cl. D. *Derſhovio*, viro admodum tam ingenuo, quam docto; ſed maxima ex parte, à proprio D. *Buxtorfii* filio, atq; in Cathedra ſucceſſore longe meritiſſimo, & quidem ingentis ſpei viro, cujus vel nomen gentis ſuæ decus eſt, & honor.

Syriaca, Maſii, Ferrarii, Troſtii, Buxtorfii, Th. à *Novaria, &c.* *Samaritanum*, D. *Morini*. Dictionarum Trilingue, *Sam. ſc. Chal.* & *Arab.* Cl. D. Doctoris *Marſhalli*, viri reconditæ eruditionis peritiſſimi, mihiq; amiciſſimi, opera deſcripti, & ad me tranſmiſſi. *Æthiopicum, Wemmers*, & Nobiliſſimi, nec à me unquam ſine honoris præfatione nominandi, D. *Jobi Ludolfi.* *Arabica, Raphelingii, Giggei, Germani*, atque viri excellentiſſimi, omniſq; literaturæ tam Orientalis, quam Occidentalis peritiſſimi D. *Ja. Golii* Lingg. Oriental. tum & Matheſeos Profeſſoris ordinarii.

Lexica MSS^{a} quibus uſi ſumus in hoc opere.

Dictionarium *Syriacum Bar Bahluli*, ingens volumen in folio, in hoc opus tranſvectum, apud quem ſæpiſſime citantur ſequentes authores; quaſi *Syriace* extantes; *Bar Seruſhai, Zacharia, Raban, Almeruzai*, ut puto Lexicographi. *P. Ægineta, Dioſcorides, Galenus, Aetius, Bar Serapion*, Medici. *Ariſtotelis* Volumina ſeptem. *Beſunandus* Hiſtoricus nominatiſſimus. S. *Ephrem.* S. *Gregorius.* Gr. *Nyſſenus.* S. *Epiphanius* contra *Eunomium.* *Arius*, & *Apollinaris.* *Bar Malco*, forte *Aben Melec Hebræus.* *Meſues Arabs.*

Etiam hi quorum nomina nobis adhuc ſunt minus nota; *ſcil.* [illegible], [illegible], [illegible], [illegible], [illegible], [illegible]. [illegible], [illegible], [illegible], [illegible], [illegible], [illegible] [illegible] qui ultimus liber à *Bar Cepha*, ni fallor, ſcriptus fuit. Alios mitto infinitos; ut hinc intelligamus, *Syris* nullum omnino deeſſe ſcientiæ genus.

Taceo etiam ſcriptorum *Arabicorum* catalogum apud *Camuſium* longe numeroſiorem.

Lexicon *Æthiopicum* Cl. D. *Gallæi* Miniſtri *Zyricſenſis* mihi benigne tranſmiſſi. In *Æthiopicis* autem adjumento mihi fuit maximo vir Nobilis D. *Jobus Ludolfus* Principi *VINARIENSI* à Conciliis, hujus linguæ Magnus Apollo; de quo plura in Lexico, *pag.* 853. à quo MS. Lexicon *Æthiopicum* una cum Grammatica, Confeſſione fidei *CLAUDII* Imperat. *Æthiopiæ, &c.* per manus Cl. D. *M. Wanſlebii* accepi, quæ omnia (Curioſitatis monumenta non vulgaria) *A. D.* 1661. prelo hic commiſi. Lexica *Arabica*, *Gieubari*, & *Camuſii*; item D. *Lanceloti Brunii Avicenniſtæ* incomparabilis, atque viri ob præcellentiam in hiſce literis ſumme admirandi; D. *Bedwelli* ſeptem Volumina in folio, & duo in 4°. quæ ſummo cum favore virorum celeberrimorum, Nobilis *Jo. Seldeni*, Cl. D. D. *Merick* Collegii *Londin.* Medici celeberrimi, D. D. *Worthington*, Academiæ *Cantabrigienſis* tunc temporis procancellarii digniſſimi, & Cl. D. *M. Smith* procuratoris, mihi commodata fuerunt mutuo.

Lexicon *Perſicum*, cui nomen نعمت الله, cum tribus MSS^{is} collatum; quorum unum vir Cl. D. *Tho. Gravius* pro ſumma ejus humanitate amice mihi communicavit, magna ex parte à D. *Seamanno* viro integerrimo, inque hac ac Lingua Turcica exercitatiſſimo, transfuſum fuit. At hic etiam à me ex multis authoribus addita ſunt non pauca. Hanc autem partem exornavit maxime, atque luculenter ampliavit Theſaurus *Perſicus* deſideratiſſimus Prof. Eminentiſſimi. D. D. *Golii*, τοῦ μακαρίτου.

Ex præcedentibus ſcriptoribus, atq; aliis quam plurimis nonnulla vocabulorum plauſtra, in omnibus ſex linguis, *Chald. Syr. Sam. Æth. Arab.* & *Perſica*, ſimul hic comportata, inq; ſuas ſeries ordine habemus digeſta, quæ in aliis Lexicis, qua Impreſſis, qua MSS^{is} fruſtra quæſiverit quiſpiam. Et ni fallor, non multa ſunt ſcripturæ loca, apud Criticos veteres, aut modernos, quibus ab Orientalibus linguis lux aliqua oboriatur, quæ hic conſtanter non reperiet lector.

Dictiones etiam *Hebræas* centenas puto aliquot, ſecundum proprietatem hujus, aut vicinæ alicujus linguæ, non ſine Ratione optima, Contextus analogia maxime appoſita, conſentientibus fere ſemper primis atq; antiquiſſimis SS. Scripturæ interpretibus, multo aliter transfuſas, quam ſaltem Modernorum quivis (de Tranſlatoribus loquor publicis) adhuc expoſuerit.

Hoc enim minime celandum judico, à paucis adhuc animadverſum, quo melius intelligant atque clarius, poſteritati quantum obſit aliorum pertinax imitatio; *R. Davidem* in *Hebraicis*, & *B. Aruc* in *Chaldaicis* (magni nominis ſcriptores) non ut nudos homines, ſed plane θεοπνεύστους per omnia ſequuntur non Judæi tantum, ſed Chriſtiani fere univerſi: Cum tamen ambo ingenue ſatis atq; aperte in multis, nec raro, ſuam fatentur ignorantiam; proinde ab utriſque (poſt conſiderationem mature deliberatam, & argumenta tam artificialia, quam inartificialia diutius librata) haud meticuloſi ſæpe diſcedimus.

Primus ante, & ferme ſolus inter recentiores omnes *M. Buxtorfius*, vir naris emunctioris, ſpiritu ſagaciſſimo præ aliis imbutus, malum in utroque reprobavit, & utplurimum retinuit quod bonum fuit, ac merito eligendum.

In *Syriacis* à præclariſſimo *Ferrario* quoties ceſpitatum eſt, nonnunquam à doctiſſimo *Morino* in *Samariticis*, à Copioſiſſimo, & ob magnam induſtriam merito celebrando *D. Giggæo* in *Arabicis* ſæpiſſime: idem triſte mortalitatis privilegium, & nos proculdubio, nec infrequenter manet. Interim eorum ſphalmata candide, atque crebrius ſine nomine (hoc ideo ab aliis viciſſim in noſtri gratiam pariter expectantes atque expoſcentes) emendavimus, nec non eorum expoſitiones multum ſuſpectas licet (donec quid certius conſtiterit) dubii, nec non aliquando parum dubii, in Legentium exercitium annexuimus; ejuſmodi conjecturarum cumulum, in aliud tempus, apud nos indies congerentes.

Arcanas atq; SS^{æ} Literas, Talmud, & Alcoranus, tres Canones (ut ita dicam) Oecumenici, quibus hodie regitur, ac dirigitur univerſum pene genus humanum, allegavimus quam creberrime, & quantum potuimus accurate; Unde cuivis conſtare poteſt, quæ Chriſtianorum, Judæorum, Mohammedanorum ſententia atque fides, non è vagis neſcio quibus lacunis, ſed genuinis maximeq; authenticis ipſorum fontibus ab omnibus agnitis, depromta; Quæ nempe de Deo, Meſſia, *D. Jeſu*, Spiritu S^{o}. Hominis lapſu, renovatione, reſurrectione, *&c.* credunt. Atq; hinc etiam exoriuntur haud raro argumenta neutiquam contemnenda (adverſariorum enim teſtimonium magni ſemper æſtimant Rationis magiſtri) ad fidem noſtram corroborandum. *Vide* שלוש, משיח, יהוה, הוא *&c.*

Mortalibus quippe mos iſte inolevit (heu nimis inveteratus) antagoniſtis ſuis falſa audacter affingendi; hoc nos Judæis facimus, atque Mohammedanis; atq; idem nobis illi; Conceſſis ab utraque parte refragari nefas: Nec Doctrinalia tantum, ſed Ritualia, Juridica, Medicinalia, atq; nonnunquam Proverbia notavimus, (loca ſaltem in quibus occurrunt) tam in illis tribus, quam in aliis libris impreſſis, atq; ipſa verba, in MSS^{is} præſertim *Syriacis, Samarit. Æthiop.* & *Perſicis*, in quibus parum adhuc laborarunt prela. *e. g. Samaritanorum* dogmata de [1] Dei vita abſoluta. [2] Perfectione, [3] Incomprehenſibilitate, [4] Providentia, [5] Conſtantia, [6] Miſericordia univerſali, [7] de S^{a} Scriptura, [8] Traditionibus, [9] Bonis operibus, [10] Sabbatho, [11] Hebræis, [12] Sacerdotum lapſorum reſtitutione, & ob quod in omni ſeculo male audierunt, ſed injuria, [13] de Imaginibus, *Vide*, 1 [illegible] in קום & [illegible] in עבר 2 [illegible] 3 [illegible] 4 [illegible] 5 [illegible] 6 [illegible] & [illegible] 7 [illegible] in כתב 8 [illegible] 9 [illegible] 10 [illegible] & [illegible] 11 [illegible] 12 [illegible] 13 [illegible] Mitto plura alia, quæ ſparſim reperientur.

Idem in cæteris Linguis præſtitum, ut non Lexici tantum munus obit, ſed Indicis materiarum, peculiariter Biblicarum, in quo loca Scripturæ tam difficilia, quam male atque abſurde transfuſa (quorum numerus eſt non exiguus in *Bibliis Polyglottis*, reliquiſq; omnibus) vel enodantur, vel emendantur; imo tantum non Concordantiarum inſtar eſt, quantum ad voces minus uſitatas.

Verſionum etiam optimarum errores omnes enumerare, non patitur præfationis ratio; eorum ſpecimina quædam, in certas claſſes digeſta, additis tantum duobus, tribus, aut pluribus exemplis, exhibuimus in *Oratione* noſtra, in Scholis Theologicis apud *Cantabrigienſes* habita, ad primam muneris *Arabici* ſuſceptionem; *A. D.* 1667. edita.

Quibus addi poſſunt vocabula *Hebræa* ἅπαξ λεγόμενα fere omnia; quæ ex priſcorum ſcriptis, & proprio Linguarum genio, ſuccenturiante utriſq; ipſa contextus ſerie, non parum conſequuntur luminis certioris, quam antea ex modernis quibuſlibet illis attributum fuit. Quibus otium eſt, alias inter innumeras voces, conſulant has ſequentes; דנן. אלנביש. מנמת. גלש. גדר in נר. ברקת. ברומים. בבא. תאשור. אלמנים in Append. [illegible] & אהלים. אוחים. אנוז. התאבך. אבח אביב. כרסם. כרוב. כרכר. כסוחה. הכפיש. כפים. ישח. יעה. יום In Append. יה. חפרפרות. חשש. חרגל. חציר. חלילי. זרב. הדר. הוא. נדרש. נרגל. רבב. סלעם. סחרחר. סחרת. סוחף. נתע. נעצוץ. מנעל. נכאת. ננבה. נבובה. נוע נול. מסיח. נמרץ. מכרות. מזג: הלעיט. ליקהה. להלה. כתש. כרפס. קשות קרי. מקשה. קנץ. קרבן קטורות. קסת. קרד in קרקר צַמָּה. צבוע. צרי. פתבג. פרס. פלח. נעתם. ערער. עצם. עפאים. עלס. עוד. סתר. נסחף. החו. שרף. משרה. שקע. שפי. אשפר. שמן שדה. שבל. שבר. רשף. רקע. רקה. רצה. ריק. רזה. הרעל. רגב. רום in ראמות. ראם v. *Æth* ወሰቀ: חורק. הפתיא. מתעתע. תלפיות. תוללים. תחש. Mitto dictiones omnes *Syriacas, Samaritanas, Æthiopicas, Arabicas, Perſicas*, quæ mirifice illuſtrant textum ſacrum, & generatim cunctæ ſibimetipſis mutuo ingens impartiuntur lumen.

Et quidem pace doctiorum, hoc mihi videtur extra dubium; Neminem eſſe qui harum Linguarum, vel unam aſſequi queat perfecte & accurate, qui non intelligat omnes. Ut alios taceam authores; in Talmude *Babylonico* (cui vulgo nomen à confuſa Linguarum ibidem loci multitudine, quarum vix ulla eſt, in Oriente ſaltem, quæ ſuum huic Operi non contribuerit ſymbolum) ejuſmodi voces haut raro occurrunt, quas fruſtra tentaverit quiſpiam explicare, qui in harum aliqua manet inexpertus. In quibus Voluminibus (niſi à bardis) minime ſpernendis, obſervatu hoc reor non indignum: Loca in Novo Teſtamento ex Veteri allata, nonnunquam cum textu *Hebraico*, ſæpius autem conveniunt cum LXX. In hac diſcrepantia, veterum Rabbinorum nonnulli, nec non Talmudici (ab altiori Spiritu proculdubio ad id inducti) ita legunt, citanque illa, prout occurrunt in Novo Inſtrumento, & apud LXX. *vide* מטה in נטה, נשק, *&c.*

Socios quidem habui in hoc Opere, ſed perexiguo tempore mecum in illo commorantes, neſcio an dicam, immenſitate laboris plane exterritos. Quos diutius retinui, hi fuerunt; *D. M. Murray Grypſwaldenſis*, vir non minus doctus, quam admodum ingenuus, cui per ſeptennii fere ſpatium *Arabicas* meas concredideram collectiones; *D. Gul. Beveridgius*, vir in ſecretioribus hiſce literis egregie verſatus, per dimidium illius temporis, curabat *Syriacas*: prout in *Æthiopicis* per idem tempus operam impendebat ſuam *D. M. Wanſlebius*, qui ad perpoliendum ejus in iiſdem ingenium, in varias Orientis oras longa atque periculoſa ſuſcepit itinera. Per plures annos, jam ætate provectus, & una cum patrimonio ſatis competenti, exhauſtis etiam animi viribus, oculis caligantibus, corporis variis in hoc Opere confractis, & diſlocatis membris, relictus ſum ſolus, ſine amanuenſi, aut vel Correctore ullo, venia ideo apud candidos lectores (uti ſpero) ob παροράματα ſiquæ occurrerint, aliquanto dignior.

Quantum ad inveſtigandum thema aliquod, ſive vocabulum in hoc Opere, quædam ſunt hic notanda. Primo, mo, Literæ heemanticæ ſunt quam ſæpiſſime detrahendæ. א ut, אבעבעות ſ. בעה [illegible] ſ. רגמן, etiam in medio, ut צואר ſ. צור ב ut בנגל · בכן ſ. נגל כון quin & ſæpe aliter, Particulæ præſertim, ſub primis initialibus literis, quæ cum illis junguntur, ut דלמא ſ. ד ה ut האח & הלא ſ. אח & לא ו ut ולת · חדוה ſ. חדה ולת י ut יהלום ſ. הלם כ ut ככה ſ. כה ל ut לבר ſ. בדר מ ut מבוא ſ. בוא ג ab *Arab.* [illegible] ſ. [illegible] : [illegible] ſ. [illegible] Sic alii, nos fere ſecuti ſumus ordinem Alphabeticum. של ut שלמה ſ. מה ת ut תבל ſ. בלל · תבנית ſ. בנה · תהלה ſ. הלל · תלונה ſ. לון · תמס ſ. מסס · תנואה ſ. נוא

Quædam ſunt Literæ etiam addendæ. א ut חד ſ. אחד · נשים ſ. אנש & התיו ſ. אתה & סכלת ſ. אכל [illegible] ב ut סב ſ. סבב & ſimiliter in omnibus Defectivis ſecunda, ut חנ ſ. חנג · חד ſ. חדד &c. ſic זולות ſ. זלל · זמה ולל · זמם ה ut מנה ſ. מן ו ut ור ſ. וד & ſic in omnibus Quieſcentibus ſecunda, ut עדה ſ. עוד · שחת ſ. שוח · ששון ſ. שוש · ממקנא ה ut קוה ſ. קי ה ut עלה ſ. מטל · רחים ſ. ריח · מיץ ſ. מץ, it. in medio, יצא ſ. צואה & צא · יער ſ. עדה · יחם ſ. חמה · יעו ſ. ועה · יכל ſ. כל י ut עוק ſ. מיעקה עוף ſ. מועף מוק ſ. ſæpe per Dages compenſatur, ut בצע · מצ ſ. יצע · יצר מ ut משפה ſ. שפם ſic in omnibus à Defectivis ſecunda, נ ut הכרה ſ. נכר · הצלה ſ. נצל · שיא · שיג ſ. נשא נשג in medio ob Dages, ut שתים ſ. שנה

Et quædam denique mutandæ, א ut נאר ſ. נור · ראש ſ. רוש · זאת ſ. זה · נבאים ſ. נבה · שניאות ſ. שנה · שוא ſ. שוה · צרא ſ. צרה [illegible] & hoc communiter in *Syriacis*, & *Arabicis.* ה ut מחלה ſ. חלא ו ut תושיה ſ. ישה · נועז ſ. יעז · תונה ſ. ינה · תורה ſ. ירה · חלה ſ. *Arab.* [illegible] ſ. אנס & ſic in omnibus ab *Elif*, ubi *Damma* ſuccedit loco *Elif.* י ut שיל ſ. שאל · ריב · חיל · הירה ſ. רוב · חול. ח ut פאתא ſ. פאה · עסס ſ. עיסה · ציה ſ. צי · עיה ſ. עי · נקה ſ. נקי · נהה ſ. ני · רוה ſ. רי · ביה ſ. כי · חוץ ſ. חיצון · עור ſ. עיר · עוף ſ. עיף · חור.

Finita in יום־יון ־יין vide in Quieſcent. tertia, פריום · סריון · ענין · קנין · שכוי · שקוי ſ. פרה · סרה · ענה · קנה · שכה · שקה Voces in quibus אוי quærendæ inter literas magis radicales, ut טאנים ſ. טנס [illegible] ſ. חלן Sæpe etiam ſub primis literis initialibus [illegible] ſ. איל [illegible] ſ. גון ſic [illegible] ſ. גיל [illegible] ſ. [illegible] ſ. [illegible] ſ. איד [illegible] ſ. דום & [illegible] aliaque Geminant. ſecundam, ut, ערער ſ. עור · עפעף ſ. עוף alias autem inter Verba perfecta, ut צלצל ſ. צלל Compoſitæ voces, ſæpe occurrunt ſub poſteriori earum parte, ut פתבג · עבטיט ſ. בג & טיט interdum etiam ſub Perfectis, ut צלמות ſ. צלם Parentheſi includuntur fere, quæ *Giggeius*, vel plura, vel diverſa habet à *Golio.*

Conjugationes *Æthiopicæ* non uno modo citantur; in Lexico, ſecundum ordinem *Arabicarum*; in Grammatica autem, juxta methodum *Ludolfianam*, qua aptior nulla eſt, nec adeo accurata.

Coronidis loco, agnoſcenda hic, atq; publicanda merito Illuſtriſſimorum virorum (in tanto, tamq; longo plurimorum annorum decurſu, non multorum quidem) beneficentia, qui Opus hoc neglectum, & caſibus non paucis diris ac duriſſimis langueſcens nimis, donariis ſuis amplis, atque munificentia perbenigne excitarunt, ac promoverunt. *Horum ſequuntur Nomina.*

Auguſtiſſimus D. *CAROLUS* II. *Angliæ*, *Scotiæ*, *Franciæ*, & *Hiberniæ* Rex, &c.
Honoratiſſimus D. *Johannes* Comes de *Bridgwater*, Vicecomes *Brackley*, Baro *Elſemere*, Regiæ Ma^ti^. à ſecretioribus Conſiliis.
Honoratiſsimus D. *Georgius Villars* Vicecomes *Grandiſon.*
D. *Edmundus Forteſcue* Eques & Baronettus.
D. *Nortonus Knatchbull* Eques & Baronettus
D. *Thomas Rich* Eques & Baronettus.
D. *Thomas Wendy* Eques, & Ordinis Balneati miles.
D. *Franciſ. Theobald* Armiger, harum etiam Lingg. callentiſs.

Reverendiſs. D. *Gilb. Cant.* totius *Angliæ* Primas, & Metropol. ac Regiæ Ma^ti^. à ſecretioribus Conſiliis.
Plurimum Reverend. *Joh. Dunelm.*
Plurimum Reverend. *Matth. Elienſ.*
Plurimum Reverend. *Rob. Lincoln.*
Plurimum Reverend. *Georg. Winton.*
Plurimum Reverend. *Hen. Ciceſt.*
Plurimum Reverend. *Edw. Norvic.*
Plurimum Reverend. *Will. Bath. & Well.*
Plurimum Reverend. *Seth. Sarum.*

Eſt adhuc Honoratiſsimus unus, vel alter alius, quos intra velum latere jubet Prudentia, & rerum Ratio. Optimus, Maximuſque omnium bonorum Remunerator, Honoratiſsimis hiſce, atque vere Generoſis viris, eorumque poſteris in ſempiternum retribuat quæcunque in Theſaurum hunc Verborum, ipſi Revera effuderunt, animitus oro, & obteſtor.

Abbreviaturæ, quæ in hoc Opere occurrunt explicantur,

Acc. Accuſativus caſus.
Act. Activum, ſ. Verbale nomen.
Adverb. Adverbium.
Ag. Agens, ſ. Participium activum.
Af. Affixum.
al. aliis.
An. Æth. Animadverſiones Æthiopicæ,
An. Sam Animadverſiones Samaritanæ, utræq, in ſexto Bibliorum Tomo.
ap. apud.
Aq. Ph Aquinas Lexicographus. Chald.
BB. Bar. Bahlul.
Bc. D. Buncle, qui perhumaniter mutuo mihi commodabat. MS Judicum, Sam. &c.
Bd. Cl Bedwellus.
Bx. D. Buxtorfius.
c cum
cca conſtruitur cum Accuſativo.
ccg. conſtruitur cum Genitivo.
ccga conſtruitur cum gemino Accuſativo.
cap. cum Accuſ. perſonæ
car. cum Accuſ rei.
CL. Cohen de Lara.
Col. Collectivum.
Comp Comparativum.
Cn. Constructum.
conv. convenit.
DD. D. Derſhovius.
DP. David de Pomis.
Def. Defectivum.
Denom. Denominativum.
Der. Derivativum.
Dim. Diminutivum.
Dipt. Diptoton.
Emp. Emphatica.
&ſ & ſimilia.
ex. al. exemplar aliud.
F. Ferrarii Lex Syriacum.
f. fœmininum. fi fine.
fo. fortè. fr. forma.
Fut. A, I. O. Futurum in Fatha, Keſra, Damma
G. D Golius.
GF. Guido Fabricius.
Gg. Giggeius.
Gent. Gentile nomen.
Gl. Gloſſ.
H. Hebræus. h.e. hoc eſt
IL. D. Jobus Ludolfus.
Imperſ. Imperſonaliter. in. initium.
Intranſ. Intranſitivum
m. maſculinum.
Maſ. Maſius.
MP. Maſii peculium.
Maſd. Maſdid, l. Arab. Infinitivus modus.
med. Phat. Keſr. Dam h. e *mediâ radicali in Præterito, habente vocalem Phatha, Keſra, Damma*
Met. Metaphoricè.
No. Nomen.
No. Un Nomen Unitatis.
Opp. Opponitur.
Part. Participium.
PB. Participium Benoni.
PP. Participium Præteritum.
Paſſ. Paſſivum.
pec. peculiariter.
Perſ. Perficè.
Pl Plurale.
Pl pauc. Plurale paucitatis
Pl. mult. Plurale multitudinis
Plp. Plurale Pluralis.
Pl. ſan Plurale ſanum
Poſs Poſſeſſivum.
præc. præcedens.
prop. propriè.
prox. ſeq. proximè ſequens.
pt. poteſt.
Prov. Proverbium.
q. quia. q.d. quaſi dicas
qſ. quaſi. Rn. Reſpondet
s. ſub. ſ ſive. ſc. ſcilicet
ſeq. ſequens.
ſign. ſignificatione.
Sing Singulare.
Superl. Superlativus.
T. Talmud.
TH. Talmud Hieroſolymitanum.
Tranſ Tranſitivum.
Tranſl. Tranſlatio.
v. vide. v. verſus.
V. Lec. Variæ Lectiones, in ſexto Bibliorum Tomo.
VL. Vulgata Latina.

Harmonia brevis & perpetua ſex Linguarum Orientalium,
HEBRAICÆ, CHALDAICÆ SYRIACÆ, SAMARITANÆ, ÆTHIOPICÆ, ARABICÆ,
Cui annectuntur Linguæ *PERSICÆ* Rudimenta, quæ aliqua ex parte etiam præcedentibus illis eſt conformis.

Alphabet. Hebraicum & Chaldaicum. Num.	Nom.	Fig.	*Samaritanum.*	in MS.	*Literæ Rabinicæ.* Ital.	Germ.	Poteſtas.	
1	Aleph	א	ࠀ	ࠀ	א	א	*Aſpiratio levis.*	
2	Beth	ב	ࠁ	ࠁ	ב	ב	Bh	
3	Gimel	ג	ࠂ	ࠂ	ג	ג	Gh	
4	Daleth	ד	ࠃ	ࠃ	ד	ד	Dh	
5	He	ה	ࠄ	≈	ה	ה	*Spiritus aſper.*	
6	Vau	ו	ࠅ		ו	ו	*V conſonans.*	
7	Zain	ז	ࠆ	✧	ז	ז	*Z vel ſ inter duos voca-*	
8	Cheth	ח	ࠇ		ח	ח	*Spiritus aſperior. (les.*	
9	Teth	ט	ࠈ		ט	ט	*Gr.* θ Th	
10	Jod	י	ࠉ	ࠉ	י	י	I *conſona; al.* Y.	
20	Caph	כ	ࠊ		כ	כ	*Gr.* χ *al.* K.	
30	Lamed	ל	ࠋ	ࠋ	ל	ל	L	
40	Mem	מ	ࠌ		מ	מ	M	
50	Nun	נ	ࠍ	ࠍ	נ	נ	N	
60	Samec	ס	ࠎ		ס	ס	*Gr.* χ *Hiſp.* X *Ger.* Sch.	
70	Ain	ע	ࠏ		ע	ע	*Spiritus aſperrim. LXX.*	
80	Pe	פ	ࠐ	ࠐ	פ	פ	Ph *vel* F.	*nunc per* γ,
90	Tſade	צ	ࠑ		צ	צ	Tſ *vel* Sſ.	*nunc per* γſ,
100	Koph	ק	ࠒ		ק	ק	K *vel* Q.	*exprimunt,* *ut* Ἀσγαὶ,
200	Reſch	ר	ࠓ		ר	ר	R.	Gen. 13. 3.
300	Schin	שׁ	ࠔ					
	Sin	שׂ	ࠔ		שׂ	שׂ	S *acutum, ut in Lat. Sex.*	
400	Tau	ת	ࠕ		ת	ת	*Gr.* τ *LXX. per* τ *&* θ *efferunt.*	

Literæ finales.
500 ך, 600 ם,
700 ן, 800 ף,
900 ץ.

Numerus ࠉ 10. ࠀࠉ 11. ࠄࠉ 15. ࠊ 20. ࠋ 30, *&c. ut Heb.*

Literæ Rabinicæ finales.
Ital. כך מם נן פף צץ
Germ. כך מם נן פף צץ
Specimina hujus characteris v. apud *Cl. Buxtorf. Gram. Heb. Maj. p.* 659.

Item ת״ק 500, ת״ר 600, ת״ש 700, ת״ת 800, תת״ק 900, א̈ 1000, ב̈א 2000, ג̈א 3000, *it.* א̈ ב̈א *id.* נ̈תק 3500.

De ratione numerandi vide plura apud *Balmeſ. Gram. Heb. & Joſ. Accuratenſ. Gram. Syr.*

Alphabetum Syriacum. Nomen.	Figura. *Fine.*	*Med.*	*Init.*	*Literæ Syriacæ* Duplices.	Neſtorianæ.	Eſtrangelæ.
Olaph	ܐ ܐ	ܐ	ܐ	ܐ	ܐ ܐ	ܐ
Beth	ܒ ܒ	ܒ	ܒ	ܒ	ܒ	ܒ
Gomal	ܓ ܓ	ܓ	ܓ	ܓ	ܓ	ܓ
Dolath	ܕ ܕ	ܕ	ܕ	ܕ	ܕ	ܕ
He	ܗ ܗ	ܗ	ܗ	ܗ	ܗ	ܗ
Waw	ܘ ܘ	ܘ	ܘ	ܘ	ܘ	ܘ
Zain	ܙ ܙ	ܙ	ܙ	ܙ	ܙ	ܙ
Hheth	ܚ ܚ	ܚ	ܚ	ܚ	ܚ	ܚ
Teth	ܛ ܛ	ܛ	ܛ	ܛ	ܛ	ܛ
Judh	ܝ ܝ	ܝ	ܝ	ܝ	ܝ	ܝ
Coph	ܟ ܟ	ܟ	ܟ	ܟ	ܟ	ܟ
Lomad	ܠ ܠ	ܠ	ܠ	ܠ	ܠ	ܠ
Mim	ܡ ܡ	ܡ	ܡ	ܡ	ܡ	ܡ
Nun	ܢ	ܢ	ܢ	ܢ	ܢ	ܢ
Semchath	ܣ ܣ	ܣ	ܣ	ܣ	ܣ	ܣ
Ee	ܥ ܥ	ܥ	ܥ	ܥ	ܥ	ܥ
Pe	ܦ ܦ	ܦ	ܦ	ܦ	ܦ	ܦ
Sſode	ܨ ܨ	ܨ	ܨ	ܨ	ܨ	ܨ
Cquoph	ܩ ܩ	ܩ	ܩ	ܩ	ܩ	ܩ
Riſch	ܪ ܪ	ܪ	ܪ	ܪ	ܪ	ܪ
Schin	ܫ ܫ	ܫ	ܫ	ܫ	ܫ	ܫ
Tau	ܬ ܬ	ܬ	ܬ	ܬ	ܬ ܬ ܬ	ܬ

Poteſtas eadem quæ præcedentibus. Numerus ܝ & ܝ̄ 10, ܝܐ & ܝ̄ܐ 11, ܝܗ & ܝ̄ܗ 15, ܟ & ܟ̄ 20, ܠ & ܠ 30, ܡ & ܡ̄ 40, ܢ & ܢ̄ 50, ܩ̇ 100, ܟ̇ 200, ܠ 300, ܡ̇ 400, ܢ̇ 500, &c. Interdum more Hebr. ܩ̇ 100, ܪ̇ 200, ܫ̇ 300, ܬ̇ 400, &c. ܐ̦ 1000, ܒ̦ 2000, ܓ̦ 3000, &c. ܐ̱ & ܐ 10000, ܒ̱ & ܒ 20000, ܓ̱ & ܓ 30000, &c. Eſtrangeli hoc faciunt; cum linea ſupernè & infernè, *ut Æth.* Quænam poteſtas, ſ. vera literarum pronunciatio, v. *Balones Gr. Hebr.* 19, 25, 539.

Alphabetum Æthiopicum.

Nomen.	Figura, & poteſtas. a breve.	u	i	a long.	e	y	o	*ut Heb.*	Numerus.	
Hoi	ha ሀ	hu ሁ	hi ሂ	ha ሃ	he ሄ	hy ህ	ho ሆ	ה	1	፩
Law	la ለ	lu ሉ	lu ሊ	la ላ	le ሌ	ly ል	lo ሎ	ל	2	፪
Haut	ha ሐ	hu ሑ	hi ሒ	ha ሓ	he ሔ	hy ሕ	ho ሖ	ח	3	፫
Mai	ma መ	mu ሙ	mi ሚ	ma ማ	me ሜ	my ም	mo ሞ	ם	4	፬
Saut	ſa ሠ	ſu ሡ	ſi ሢ	ſa ሣ	ſe ሤ	ſy ሥ	ſo ሦ	ס	5	፭
Ryys	ra ረ	ru ሩ	ri ሪ	ra ራ	re ሬ	ry ር	ro ሮ	ר	6	፮
Saat	ſa ሰ	ſu ሱ	ſi ሲ	ſa ሳ	ſe ሴ	ſy ስ	ſo ሶ	ש	7	፯
Kaf	ka ቀ	ku ቁ	ki ቂ	ka ቃ	ke ቄ	ky ቅ	ko ቆ	ק	8	፰
Bet	ba በ	bu ቡ	bi ቢ	ba ባ	be ቤ	by ብ	bo ቦ	ב	9	፱
Tawi	ta ተ	tu ቱ	ti ቲ	ta ታ	te ቴ	ty ት	to ቶ	ת	10	፲
Hharm	ha ኀ	hu ኁ	hi ኂ	ha ኃ	he ኄ	hy ኅ	ho ኆ	ח	20	፳
Nahas	na ነ	nu ኑ	ni ኒ	na ና	ne ኔ	ny ን	no ኖ	נ	30	፴
Alph	a አ	u ኡ	i ኢ	a ኣ	e ኤ	y እ	o ኦ	א	40	፵
Caf	ka ከ	ku ኩ	ki ኪ	ka ካ	ke ኬ	ky ክ	ko ኮ	כ	50	፶
Waw	wa ወ	wu ዉ	wi ዊ	wa ዋ	we ዌ	wy ው	wo ዎ	ו	60	፷
Ain	a ዐ	u ዑ	i ዒ	a ዓ	e ዔ	y ዕ	o ዖ	ע	70	፸
Zai	za ዘ	zu ዙ	zi ዚ	zi ዛ	ze ዜ	zy ዝ	zo ዞ	ז	80	፹
Yamam	ju የ	ju ዩ	ji ዪ	ja ያ	je ዬ	jy ይ	jo ዮ	י	90	፺
Dent	da ደ	du ዱ	di ዲ	da ዳ	de ዴ	dy ድ	do ዶ	ד	100	፻
Geml	ga ገ	gu ጉ	gi ጊ	ga ጋ	ge ጌ	gy ግ	go ጎ	ג	200	፪፻
Tait	tha ጠ	thu ጡ	thi ጢ	tha ጣ	the ጤ	thy ጥ	tho ጦ	ט	300	፫፻
Pait	pa ጰ	pu ጱ	pi ጲ	pa ጳ	pe ጴ	py ጵ	po ጶ	פ	400	፬፻
Zadai	za ጸ	zu ጹ	zi ጺ	za ጻ	ze ጼ	zy ጽ	zo ጾ	צ	500	፭፻
Zappa	zza ፀ	zzu ፁ	zzi ፂ	zza ፃ	zze ፄ	zzy ፅ	zzo ፆ	ץ	600	፮፻
Af	fa ፈ	fu ፉ	fi ፊ	fa ፋ	fe ፌ	fy ፍ	fo ፎ	פ	700	፯፻
Pſa	pa ፐ	pu ፑ	pi ፒ	pa ፓ	pe ፔ	py ፕ	po ፖ	פ	800	፰፻

Alia ſyllaba, non Diphthongi, quia ex ſententia doctiſſ. nullas habent. Hæ ſemper in analogas variantur ሰሐኰ: f. *Pl. Præt.* ሰሐኳ:

kua ኰ	kuy ኵ	kui ኲ	kua ኳ	kue ኴ	900	፱፻
kua ቈ	kuy ቍ	kui ቊ	kua ቋ	kue ቌ	1000	፲፻
gua ጐ	guy ጕ	gui ጒ	gua ጓ	gue ጔ	2000	፳፻
hhua ኈ	hhuy ኍ	hhui ኊ	hhua ኋ	hhue ኌ	3000	፴፻

Litera Amharica.

ሸ	ሹ	ሺ	ሻ	ሼ	ሽ	ሾ
ቸ	ቹ	ቺ	ቻ	ቼ	ች	ቾ
ኘ	ኙ	ኚ	ኛ	ኜ	ኝ	ኞ
ኸ	ኹ	ኺ	ኻ	ኼ	ኽ	ኾ
ዠ	ዡ	ዢ	ዣ	ዤ	ዥ	ዦ
ጀ	ጁ	ጂ	ጃ	ጄ	ጅ	ጆ
ጨ	ጩ	ጪ	ጫ	ጬ	ጭ	ጮ

v. Cl. D. D. Jobi. Ludolphi Gr. Æthiop. 3.

Omnes hæ literæ (utpote Auſtrales) more Septentrionalium, leguntur à ſiniſtra dextram verſùs: Reliquæ ſex Orientales contrà, Orientis inſtar Solis, ab ortu moventur in occaſum, à dextra in ſiniſtram. Armeni, Iberi, *&c.* qui cum Æthiopibus hic conſpirant, ſuas et. hâc in re habent rationes. Arabes & Perſæ cum his eodem ordine numerant, μ1, μμ, *&c. v. Grav. Gr. p.* 8.

Alphabetum Arabicum.

Nomen	Figura. *Final.*	Figura. *Med.*	Figura. *Init.*	Poteſtas.	Numeri.
Elif	ـا ا	ـا ا	ا	א	1 ı
Be	ـب ب	ـبـ	بـ	ב	2 μ
Te	ـت ت	ـتـ	تـ	ת	3 ɰ
Thſe	ـث ث	ـثـ	ثـ	*blaſum* ת	4 ع
Zjim	ـج ج	ـجـ	جـ	Zj	5 o
Hha	ـح ح	ـحـ	حـ	Hh	6 ч
Cha	ـخ خ	ـخـ	خـ	*ferè Gr.* χ	7 v
Dal	ـد د	ـد	د	*Hebr.* ד	8 ʌ
Dhſal	ـذ ذ	ـذ	ذ	ד *blaſum*	9 q
Re	ـر ر	ـر	ر	*Hebr.* ר	10 ı.
Ze	ـز ز	ـز	ز	*Hebr.* ז	20 μ.
Sin	ـس س	ـسـ	سـ	ס	30 ɰ.
Schin	ـش ش	ـشـ	شـ	ש	40 ع.
Sad	ـص ص	ـصـ	صـ	צ	50 o.
Dad	ـض ض	ـضـ	ضـ	צ *blaſum.*	60 ч.
Ta	ـط ط	ـطـ	طـ	ט	70 v.
Da	ـظ ظ	ـظـ	ظـ	*blaſè ut* ט	80 ʌ.
Aain	ـع ع	ـعـ	عـ	*Hebr.* ע	90 q.
Gain	ـغ غ	ـغـ	غـ	*G, quod in gutture effertur:*	100 ı..
Fe	ـف ف	ـفـ	فـ	*Hebr.* פ	200 μ..
Kaf	ـق ق	ـقـ	قـ	ק	300 ɰ..
Kef	ـك ك	ـكـ	كـ	כ	400 ع..
Lam	ـل ل	ـلـ	لـ	ל	500 o..
Mim	ـم م	ـمـ	مـ	מ	600 ч..
Nun	ـن ن	ـنـ	نـ	נ	700 v..
Waw	ـو و	ـو	و	*ut Angl.* W	800 ʌ..
He	ـه ه	ـهـ	هـ	ה	900 q..
Je	ـي ي	ـيـ	يـ	י	1000 ı...
Lam elif	ـلا لا	ـلا	لا		

Ordo literarum apud Occidentales Arabes, *ſ.* Mauros, *v. Erp. Gr. Ar.* 5.

Alphabetum Perſicum.

Nomen.	Figura. *Fin:*	Figura. *Med.*	Figura. *Init.*	Poteſtas.
Elif	ـا ا	ـا ا	ا	*Ar.* ا
Be	ـب ب	ـبـ	بـ	بـ
Pe	ـپ پ	ـپـ	پـ	*ut* P *Lat.*
Te	ـت ت	ـتـ	تـ	*ut Ar.*
Se	ـث ث	ـثـ	ثـ	*ut Ar.*
Sjim	ـج ج	ـجـ	جـ	*ut Ar.*
Che	ـچ چ	ـچـ	چـ	*Angl.* Ch.
Hha	ـح ح	ـحـ	حـ	*ut Ar.*
Cha	ـخ خ	ـخـ	خـ	*ut Ar.*
Dal	ـد د	ـد	د	*ut Ar.*
Zal	ـذ ذ	ـذ	ذ	*ut Ar.*
Re	ـر ر	ـر	ر	*ut Ar.*
Ze	ـز ز	ـز	ز	*ut Ar.*
Zhe	ـژ ژ	ـژ	ژ	Zz *Ital.*
Sin	ـس س	ـسـ	سـ	*ut Ar.*
Schin	ـش ش	ـشـ	شـ	*ut Ar.*
Sad	ـص ص	ـصـ	صـ	*ut Ar.*
Zad	ـض ض	ـضـ	ضـ	*ut Ar.*
Ta	ـط ط	ـطـ	طـ	*ut Ar.*
Sa	ـظ ظ	ـظـ	ظـ	*ut Ar.*
Aain	ـع ع	ـعـ	عـ	*ut Ar.*
Gain	ـغ غ	ـغـ	غـ	*ut Ar.*
Fe	ـف ف	ـفـ	فـ	*ut Ar.*
Kaf	ـق ق	ـقـ	قـ	*ut Ar.*
Kef	ـك ك	ـكـ	كـ	*ut Ar.*
Ghaf	ـگ گ	ـگـ	گـ	*ut* Gh.
Lam	ـل ل	ـلـ	لـ	*ut Ar.*
Mim	ـم م	ـمـ	مـ	*ut Ar.*
Nun	ـن ن	ـنـ	نـ	*ut Ar.*
Waw	ـو و	ـو و	و	*ut Ar.*
He	ـه ه	ـهـ	هـ	*ut Ar.*
Ye	ـي ي	ـيـ	يـ	*ut Ar.*

IN nominibus literarum ferè conveniunt Orientales hi omnes, de quorum ſignificatu, & quæ in iis continentur myſteriis, Judæi multa. *v.* Ben Jochai, Alchanna. שערי אורה Ars Cabal, l. 713, 824. De ſignificatu Æthiopicarum *v.* Ach. Venerium, & M. Victorium. Hæc nomina שין׳ ריש׳ טית׳ גימל׳ &c. originem planè ſapiunt Chaldaicum, potiùs quàm Hebr.

Figura proinde literarum, quæ Hebraica ubique nunc audit, eſt extra dubium Chaldaica. *v.* Cl. Geth. Harm. Ling. Or. 16. Capelli Diatr. Altredz. Antig. d. Eſpañ 147.

Sex habent Hebræi, & in MSS. multò plures, literas dilatabiles, ח ת ם ל ה א (rariùs hoc ult.) quia voces ſub lineæ finem dividere non ſolent: quod Æth. & Syris in uſu eſt, præſertim in MSS. *v. Alpheſ. H.* ס׳ תורה 148 2. Syrorum literæ ex utraque parte ligabiles, ܒܓܚܛܝܟܠܡܢܣܥܦܩܫ Et ex una tantùm ܐܕܗܘܙܨܪܬ Quædam aliquando longiùs producuntur ܒ etiam Arab. الـــ

Perſæ quatuor habent literas, *Pe, Che, Zhe, Ghaf*, ab Arabicis planè diverſas, quarum tres illis cum Turcis ſunt communes, *Pe, Che, Ghaf*, etiam quàm ſæpiſſimè prout ſui ſimiles, *Be, Zjim, Ze, Kef*, indifferenter occurrunt, ſcribunturq; Quin ad exprimendas voces exoticas *ſ.* peregrinas, vel ſaltem ab iis deductas, (ut ጸ & ፐ apud Æthiopes, *v. Lexic. Æthir.*) frequenter inſerviunt. Sic voces cũ پا & پي incipientes non paucæ, aliquid

quid ad pedem ſ. manum (quæ anterior eſt pes) pertinens denotat. چلبیچ Catholicus, چیرا *Gal.* Choſe, چیله *Gal.* Souflet, چربسي Zirbus, چکر Jecur, چرا Quare? ژنده Cento, ژنکار Σκωρία, ژنك *i. q. Ar.* ښكا Sic et. ڪاو Ταῦϱ, ڪان γεῖρ, ڪاره *Caſa*. Hoc idem cæteris etiam eſt commune; at peculiare magis illud, cum tribus Turcicis literis, atq; hujus generis voces haud paucæ in hanc linguam ſe ingeſſerunt.

Ventri literarum apud Hebræos & Chal duo inſcribuntur puncta, *Dageſch* & *Mappik*, Syriacæ illud, (*v* ܩܘܫܝܐ) hoc Chal. originis, à נפק Uſus igitur recentioris. *Dageſch* eſt vel Lene, quod literas ב ג ד כ פ ת indurat, בּ *b*, גּ *g*, דּ *d*, כּ *k*, פּ *p*, תּ *t*, quorum Rafata poteſtas, *bh, gh, dh, &c.* vel Forte, quod literas geminat, לִבּוֹ libbo, *cor ejus*. Omnibus accidit, exceptis Gutturalibus. In initio dictionis, & in medio, poſt Sheva quieſcens, eſt Lene: in medio, poſt vocalem brevem, aut longam, eſt Forte: *it.* in fine, niſi ante finalem *Begadkephath ſchevatam* aliud Scheva quieſcens præcedit, *ut* נֵרְדְּ *Nerd*, ܒܙܙ *Bazt*. Tam apud Syros, quàm Hebr. compenſatur defectus literæ per Kuſhoi, ܬܓܠܙܘܢ à ܓܠܙ *frandabitis*, cum Ruchoch, ܬܟܠܘܢ à ܟܠܐ *Probibebitis*. Ut H. *Dageſch* forte in Nominibus רַבִּים *&c.* Sic Sy. *Kuſhoi*, ܪܒܐ ܓܒܐ *Rabo, Gabo*; ܟܠܬܐ *Kaltho*; ab Heb. כַּלָּה literæ defectū connotat. Punctorū apud Syr. uſus in Verbis, v. in Tab. Conjugationū. Notæ ſunt et. Pl numeri. Duplex punctum ſupra *Reſch*, interdum notat literam, & primā præteriti, ſ. Fut. vel Benoni, ut ܩܪܝܬ *Kryt*, Vocavi; non *Krait*, Vocâſti.

Ebræorum Dageſch forte, Chald. Syr. Æth. Arabibus & Perſis per Nun reſolvitur. מנרעא *pro* מדעא & קנצי *pro* קִצִּי. Ex Heb. אתם אתה *Syr.* ܐܢܬ, ܐܢܬܘܢ, ܐܢܬܝ; *Æth.* አንተ: አንትሙ: *ex* אבוב, טבור, חטה انبوب طنبور حنطة ab hoc ult. Perſ. گندم & سنبه ሰንበት: à Chal. שַׁבְּתָא *i. q.* שבת. *Mappik* eſt punctum educens literam ה in fine, & ו in medio, è quiete in motum, *ut* גָּבַהּ צִיּוֹן רַגְלָהּ pes ejus, f. Hoc olim per Raphe, Zach. 5. 11. לָהּ Exod. 9. 18. הִוָּסְדָה Sic & Chal. & in m. g. רַגְלָה In verbis perit, ſequente vocali, *ut* גְּבָהוּ Syri punctum illud ſupra ponunt cum *Pthobo* ܦܬܚܐ ܐ *Ar.* ة punctatum, ſonum ת *Te* habet.

Samaritani lineolā ſupernè, loco Dageſch interdum uſurpant. Syris eſt punctū ſupra ܩܘܫܝܐ quod (Dageſch lenis inſtar, & ex illius legibus) indurat; infra ܪܘܟܟܐ quod mollit: literam autem geminant nullam.

Æthiopibus in uſu eſt geminatio literarum, at nullâ notâ indicatur. 1. Nomina formæ ግብር: *gybbur*. 2. Eliſio literæ ነደ: *Nedda*, *pro* ነደደ: 3. Secunda pl. Præter. maſc. penult. geminat, ገበርከሙ: *gabarkymmu. v. Gr. Æth. I. L.* 10.

Arabibus, Perſiſ*que*, Teſdid ſupernè poſitum literas omnes, non exceptâ *Elif*, ut سلّار ملّام رآس duplicat; cui eſt hæc figura (ّ) Mauris autem hæc ʌ, vel v, vel ʌ, (quæ rariùs) *dicitur hoc* Teſdid Neceſſarium. 2. Teſdid Euphonicum, id*que* triplex: Initiale, quod initialibus literis لومير imponitur poſt Nun expreſſè Gieſmatum مِن رَبِّهِ *Mirrabbihi*, *vel* latitans in vocali Nunnata, بيتٌ مقدّسٌ *beitom mukaddaſon*. Apponitur *et.* cuivis non Gutturali immediatè poſitæ poſt ſui ſimilem Gieſma affectam. مِن نَّذِيرٍ *Cor. Surat.* II. 269. بَل لَّهُ 116. *v. v.* 60, 83. aliàs abſq; مِن نِّسَائِهِم 224, 226. مِن نَّاصِرِين III. 21, 54, 90. Deltale, quod adſcribitur ت poſt د (& interdum, rariùs autem poſt ذ) قَصَدتُّ Lamdale, apponitur literis Solaribus poſt Art. أل *ut* الرَّبّ *Arrabbo*, اللّٰه *Allabo*, ubi ل poſt ل Articuli ſæpè perit. الَّيل *pro* اللّيل Idq; ſemper in Pron. Relat الَّذِي الَّتِي & cum Articulo præfigitur ل Dativi caſus, لِلّه *pro* لالله.

Literis Arab. atque Perſicis, necnon Turcicis, apponuntur quoque aliæ figuræ, *ſc.* (ْ) quæ *Gieſma* vocatur, & indicat literam illam cui ſuperſcribitur cum præcedente vocali copulandam eſſe, & more Hebr. Sheva compoſitam efficere ſyllabam, *ut* دَرْه Literis اوي quieſcentibus minùs bene appingitur, niſi radicales ſint, & naturâ ſuâ mobiles, *ut* يُولَدُ يَأْمَن Perſis interdum duplex, at priori literæ ſufficit ſuperſcribi, *ut* جِنْكْ *Zjenk*.

Hamza (ء) eſt ſervus literæ Elif mobilis, *ut* أ إ appoſitum ئ Elif vocali deſtitutum, indicat id eſſe radicale, adeó*que* naturâ mobile, يَأْمَن *it.* in medio, & fine poſt literam gieſmatam, ſ. literas اوي uſurpatur pro Elif, idem*que* in pronuntiatione valet, *ut* يَسْئَل *pro* يَسْأَل أُؤْل ماءٌ شيءٌ *&c.* Literis ي & و ſuperſcriptum, eas vicarias eſſe τῦ Elif naturâ mobilis indicat, يُؤْمِن ايرِر *pro* يَأْمِن أأرِر *Medda* (~) apponitur Elif quieſcenti ante ء, id*que* producit, سَمَآء *Samâon*; *it.* dictionū compendiis, ut Heb · *Sic* طـ *pro Ar.* טרף *ut Heb.* ה״ק *pro* הקדש *Weſla* (ٱ) Elif (cui ſoli inſervit) vocali privat, & ſubſequentem Gieſmatam cū vocali præcedentis dictionis unit, قَلْبُ ٱلْمَلِكِ *kalbolmeliki*, بِٱبْنِكَ *bibnika*. Elif Unionis *dicitur*, eſtq; triplex; Verbale, Quod Imperat. I. Conj. præfigitur, إِضْرِبْ انصر & quod Præteritis Activis Imper. & Infin. Conjugationum ſecundæ & tertiæ claſſis pro characteriſtica eſt, إِنْصَرَفَ اسْتَصْرَف 2. Nominale, in his decem, إِبْنٌ, إِبْنَةٌ, إِمْرَأٌ, إِمْرَأَةٌ, إِثْنَانِ, إِثْنَتَانِ, إِسْمٌ, إِسْتٌ, إِيمُنٌ, إِبْنَمٌ 3. Articulare, أَلْ Excip. أل الَّذِي & ايمن & Verbale cum Damma, omnia Elif Unionis extra unionem, Keſram poſſident, licèt adſcriptam non habeant; مَدِينَةٌ اسْتَكْتَبَ *Medinaton iſtetahat*. اوي quieſcentes non obſtant *Unioni*, نَصَرُوا ٱلْمَلِكَ *Naſaroul melika*. Ob eam Affixa ي & ني aſſumant Fatham, كِتَابِيَ ٱلْعَظِيمُ *Kitabia ladîmo*. Et Gieſma præced. mutatur in Keſra, ضَرَبَتِ ٱلْأُمُّ *Darabati lommo*. In مِنْ in Fatham mutatur, مِنَ ٱبْنِكَ at مَنْ in Keſram مَنِ ٱبْنُكَ Terminationes verbales تُم & وا it. Affixa هُم & كُم adſumunt Damma, عَرَوُا ٱلْعَدُوّ *pro* عَرَوْا His legibus non ſubjicitur Elif Unionis initio ſententiæ, nec poſt Art. أَلْ poſitum. Elif Unionis, & Weſla, non habent Perſæ.

Poteſtas eſt literæ Syriacæ aliquando duplex; ܐ ſequente alio in initio, & fine, Syri ut Jud efferunt, ܐܐܪ *Oyar*, ܡܠܐܐ *Mloyo*. Sic & ܐ in Benoni Quieſcentium Waw, ܣܐܡ *Soyem*, ܩܐܡ *Koyem*. *Chaldæis* שאר & שיר, שאף & שיף *&c. pro eodem ſunt*, fortè eodem etiam modo efferunt.

Quieſcit etiam aliquando literarum poteſtas. ܡܐܟܠ ܩܐܡ ܩܐܠ quæ verior punctario Chal. & Sam. כַּאב טְאַב ࠊࠀࠁ Sic ܝ in initio dictionis, ܝܬܒ *Itheb.* ܝܠܦ *ileph.* Chal. יהב *ihabh*, יתב *ithabh*. Sam. ࠉࠕࠌ *itham*. Lingua Syriaca optima eſt ac certiſſima Regula punctandi tam Chaldaica, quàm Sam. *Hinc* ܐܝܬ ܐܝܬܝ ܝܬ *id.* ܐܬܡܨܝܬ ܝܬ & ܡܬܡܨܝܬ ܐ ſequente ܘ pronunciatur ut *Olaph*, ut ܥܒܕܢܐ *Obno*, ܥܒܕ *ebadh*, ܥܒܕܘܢܐ *Ubdono*. Quæ literæ quieſcūnt, & quando, *v. Ger, Harm. L. Or.* 12.

Ar. *He* cum duobus punctis, ة ut T, effertur, & f. gen. itemq; plurale deſignat. Ar. *Nun* ante Be ſonat ut Mim, عَنْبَرٌ *Ambaro*, مِن بَيْتٍ *Mimbeiti*, ante لومير ſonum accipit ſequentis, مِن رَبٍّ *Mirrabbin*, مِن لَيْلٍ *Milleilin*. Ante reliquas, ſonat ut *NG. ſ.* Turc. ڭ ut آنڭلا *Angzala*, مِنْ طِينٍ *Mingtinin*. Ante ق & ك manifeſtior eſt, ac fortior hic ſonus. مُنْقَلَبٌ *Mungkâlabon*, مِنْ قَلْبِهِ *Mingkalbibi*, مِنْ كَفَرَ *Mingkefara*.

Æthiopes ዐ ut አ ſæpe ſine ulla diſcrepantia uſurpant. ሰንአ: & ሰንዐ: አደ ድአ: አደድዐ: ጠግአ: & ጠግዐ: per ዐ: ſua etiam formant tempora, ዕገ ብር፡ *faciam pro* እገብር: Sextam Claſſem. *Cl. IL.* ab initio vocis per *y* exprimit. *ut*, ፍጡር: *fythur*. In medio quieſcit, ምትክል: *Mátcal*, & prima tonum habet. Poſt particulas, movetur በፍቅር: *bafykr*. በዝ: *bazy*. Fœminina adjectivorum formæ ግብርት: lege, *gybrt*. ቡርክት: *burykt*. አንክት: *anyſt*. ሓብስት: *bybuſt*: Sic etiam Futurum Activum, cujus media radicalis eſt ſonans, & tertia ſextæ claſſis, እገብር: *ygabr*. Si prima ſextæ in Indicativo ይምህል: *ymyhyl* in Subjunctivo *ymhyl*. Poſt longam movetur, ሰድ ስ: *Sádys*. Poſt Affixa ፻ & ፭ movetur, ልብየ: *lybyja*. Duæ hujus claſſis literæ in fine vocis (inſtar Hebr. Scheva, cujus legibus permultum conformatur) quieſcunt, ምድር: *mydr*. ትፍሥሕት: *tyſsyht* (*al. tſséhet*) መገብርት: *magábyrt. IL.* Denique movetur ſemper poſt vocales magnas, quales ſunt omnes præter primam & ſextam, & ante ultimam dictionis; quia omnis penultima longa; ut aliqui volunt.

Diviſiones Literarum. Sunt vel Gutturales, אהחע *Hebr. Ch.* ܐܗܚܥ: ࠏࠇࠄࠀ: ዐሐኀሀአ: اهحخعغ *Arab. & Perſ.*

Cum (-) טַח & בוֹ item מַת *Chal. Syr. Sam.* מיר בוש׳ ubi (״) (.) י׳ & ו constanter manent. Hoſ. 10. 14. קאם *ut Arab. etiam Chal* באש טאב Dan. 5. 20. רם Mal. 4. 2. בִּשְׁתֶּם *Sam.* ࠁࠅࠔ Gen. 25. 11. ࠁࠀࠔ *Mor.* ࠁࠅࠔ c. 30 6, 9. ࠁࠅࠔ c. 39. 10. *Æthiop.* cum ፡ in medio ſic ſe habet, ሠመ፡ ሠመት፡ ሠመከ፡ &c. ሖረ፡ &c. etiam perfectè ደወዐ፡ *Arab.* Concavum dicitur, & in medio etiam י habet, סאר pro סיר quod ſic conjugatur, سَارَ سَارَتْ : سِرْتَ سِرْتِ : سِرْتُ Du. سَارَا سَارَتَا سِرْتُمَا Pl. سَارُوا سِرْنَ سِرْتُمْ سِرْتُنَّ سِرْنَا

Arab.	Æth.	Sam.	Syr.	Chal.	Hebr.
قُمْ قُومِي Du. قُومَا	ቁም፡ ቁሚ፡	ࠒࠅࠌ· ࠒࠅࠌࠉ	ܩܽܘܡ ܩܽܘܡܝ	קוּם קוּמִי	קוּם קוּמִי Imp.
قُومُوا قُمْنَ Pl.	ቁሙ፡ ቁማ፡	ࠒࠅࠌࠅ· ࠒࠅࠌࠍ	ܩܽܘܡܘ ܩܽܘܡܶܝܢ ܩ̈	קוּמוּ קוּמָנָא	קוּמוּ קוּמְנָה
سِرْ سِيرِي Du. سِيرَا Pl. سِيرُوا سِرْنَ			ܣܺܝܡ ܣܺܝܡܝ ܣܺܝܡܘ ܣ̈		

Æth. Quædam perfectè ſe habent. *Arab.* ſæpe, قُوم in MSS. pro قُم

Arab.	Sam:	Syr.	Chal.	Hebr. Fut:
يَقُومُ تَقُومُ : يَسِيرُ تَسِيرُ	ࠉࠒࠅࠌ· ࠕࠒࠅࠌ	ܢܩܽܘܡ ܬܩܽܘܡ	יְקוּם תְּקוּם	יָקוּם תָּקוּם
تَقُومُ تَقُومِينَ : تَسِيرُ تَسِيرِينَ	ࠕࠒࠅࠌ· ࠕࠒࠅࠌࠉࠍ	ܬܩܽܘܡ ܬܩܽܘܡܺܝܢ	תְּקוּם תְּקוּמִין	תָּקוּם תָּקוּמִי
أَقُومُ : أَسِيرُ Du. يَقُومَانِ	ࠀࠒࠅࠌ	ܐܩܽܘܡ	אֲקוּם	אָקוּם
تَقُومَانِ c. f. يَسِيرَانِ Du. تَسِيرَانِ c. f.	ࠉࠒࠅࠌࠅࠍ· ࠉࠒࠅࠌࠍ	ܢܩܽܘܡܘܢ ܢܩܽܘܡܳܢ	יְקוּמוּן יְקוּמָן	יָקוּמוּ
يَقُومُونَ يَقُمْنَ Pl. يَسِيرُونَ يَسِرْنَ Pl.	ࠕࠒࠅࠌࠅࠍ· ࠕࠒࠅࠌࠍ	ܬܩܽܘܡܘܢ ܬܩܽܘܡܳܢ	תְּקוּמוּן תְּקוּמָן	תָּקוּמוּ } תְּקוּמֶנָה
تَقُومُونَ تَقُمْنَ نَقُومُ : تَسِيرُونَ تَسِرْنَ نَسِيرُ	ࠍࠒࠅࠌ	ܢܩܽܘܡ	נְקוּם	נָקוּם

Fut. Hebr. etiam cum ו & in יבוש omnes איתן cum (״) idem in uſu *Chal.* ſæpe, & *Syr.* aliquando, præſ. Poëtis. *Chal.* etiam terminatio in *Cholem & Kibbuts*; item *Syr. & Sam.* in Hirec ܢܩܺܝܡ ܢܩܺܝܡ ࠕࠒࠉࠌ Gen 16. 5. ࠌࠕࠒࠉࠌ c. 9 5. & bis in (-) *Sam.* ࠉࠒࠉࠌࠀ Deut. 13. 8. ࠉࠌࠕ & ࠉࠀࠌࠕ c. 28. 52 ࠀࠁࠕ Gen 34 20. *Æthiop. Fut.* eſt analog. Præſens autem Subjunct. ſ. Optat. ſic ይቁም፡ ትቁም፡ ትቁም፡ ትቁሚ፡ እቁም፡ *Pl.* ይቁሙ፡ ይቁማ፡ ትቁሙ፡ ትቁማ፡ ንቁም፡ Si prima *Fut.* ſit quintæ Claſſis, Optat. eſt analog. ይኤውሩ፡ *Opt.* ይዑሩ፡ propter ult. Guttural. ita inflectitur ይበእ፡ ትበእ፡ &c. ሐዋር፡ facit ይሖር፡ ትሖር፡

Inf. Hebr. et. קוּם قَوْمًا سَيْرًا ቆዊም፡ ࠒࠅࠌ ܡܩܳܡ ܡܩܽܘܡ קוּם· מְקָם Inf
Ch מְקוּם & מֵי־ מִיתוּב & מְתוּב מִירַר מְדַר מְצַר שִׁיוֹל *Ven.* מֵי־ מַדַר *Rabb.* לִיצוּר לִירוּן
Sam. et ࠉࠒࠅࠌࠉ Gen. 19. 35. ࠋࠌࠕࠉ c. 27. 5 ࠀࠕࠁ c. 24. 23. ࠋࠉࠁ c 13. 6. ࠉࠀࠁࠕ c. 31. 7. ࠉࠀࠁࠌࠕ Deut. 8. 16. *Æth.* etiam ቀዊሞት፡ ቀዊሞት፡

Part. Heb. et. א Hoſ 10. 14. קאם Pro. 4. 7. ראמות it. אור׳ מֵרת

Arab.	Sam.	Syr.	Chal.	Hebr.
قَائِمٌ قَائِمَةٌ Du. قَائِمَانِ قَائِمَتَانِ	ࠒࠀࠌ· ࠒࠀࠌࠄ	ܩܳܐܶܡ ܩܳܝܡܳܐ	קָאֵם קָיְמָא	קָם קָמָה Part.
قَائِمُونَ قَائِمَاتٌ Pl.	ࠒࠉࠌࠉࠍ· ࠒࠉࠌࠍ	ܩܳܝܡܺܝܢ ܩܳܝܡܳܢ	קָיְמִין קָיְמָן	קָמִים קָמוֹת
	ࠒࠉࠌ &c.	ܩܺܝܡ ܩܝܺܡܳܐ	קִים קִימָא	קוּם קוּמָה P. P.
		ܩܝܺܡܺܝܢ ܩܝܺܡܳܢ	קִימִין קִימָן	קוּמִים קוּמוֹת

Ch. דאים דאיך Pl. ואעין קאמיא Targum ſæpe י pro א *ut*, צייתי דייץ quia utriuſque eadem eſt pronunciatio. *Sam.* ࠋࠀࠌࠉ Gen. 15. 14. f. ࠉࠀࠀࠌ c. 30. 1. perfectè ࠌࠉࠅࠒ Similiter *Arab.* cum *Je* سَايِرٌ

Niph. Ch. & Sy אתציד ܐܶܬܬܨܺܝܕ ܐܶܬܬܨܺܝܕ quam ſæpiſſ. *Sam.* ࠉࠌࠕࠀࠀ Gen. 4. 5 ࠉࠌࠅࠀࠀ c. 6. 6.

Arab.	Sam.	Syr.	Chal.	Hebr.
قِيمَ قِيمَتْ	ࠀࠀࠉࠒࠌ· ࠀࠀࠉࠒࠌࠕ	ܐܶܬܬܩܺܝܡ ܐܶܬܬܩܺܝܡܰܬ	אִתְּקָם אִתְּקָמַת	נָקוֹם נָקוֹמָה Niph.
قِمْتَ قِمْتِ	ࠀࠀࠉࠒࠌࠕ· ࠀࠀࠉࠒࠌࠕ	ܐܶܬܬܩܺܝܡܬ ܐܶܬܬܩܺܝܡܬܝ	אִתְּקָמְתָּ אִתְּקָמְתְּ	נְקוּמוֹתָ נְקוּמוֹת
قِمْتُ Du. قِيمَا قِيمَتَا قِمْتُمَا	ࠀࠀࠌࠕ	ܐܶܬܬܩܺܝܡܶܬ	אִתְּקָמֵית	נְקוּמוֹתִי
قِيمُوا قِمْنَ Pl.	ࠀࠀࠉࠒࠌࠅ· ࠀࠀࠉࠒࠌࠕ	ܐܶܬܬܩܺܝܡܘ ܐܶܬܬܩܺܝܡ ܩ̈	אִתְּקָמוּ אִתְּקָמָא	נָקוֹמוּ Pl.
قِمْتُمْ قِمْتُنَّ	ࠀࠀࠉࠒࠌࠕࠅࠍ· ࠀࠀࠉࠒࠌࠕࠍ	ܐܶܬܬܩܺܝܡܬܘܢ ܐܶܬܬܩܺܝܡܬܶܝܢ	אִתְּקָמְתוּן אִתְּקָמְתֵּן	נְקוּמוֹתֶם נְקוּמוֹתֶן
قِمْنَا	ࠀࠀࠉࠒࠌࠍ	ܐܶܬܬܩܺܝܡܢ ܢ̈	אִתְּקָמְנָא	נְקוּמוֹנוּ

Imper. Chal. Syr. אִתְּעַר ܐܬܬܥܝܪ *Evigila.* Psal. 44. 24.

In Fut. apud *Syr.* non geminatur ܬ in iis personis quæ ܬ habent ex literis *Ethan*, ne tria ܬ servilia concurrant; at inchoantibus à ܬ concurrunt tria, ut ܬܬܬܟܠ ܬܬܬܦܟ Psal. 18. 26.

	يُقَامُ تُقَامُ
	تُقَامُ تُقَامِينَ
	أُقَامُ D. يُقَامَانِ
	تُقَامَانِ Pl.c.f. يُقَامُونَ يُقَمْنَ
	تُقَامُونَ تُقَمْنَ نُقَامُ

Part. Sam. perfectè ࠌࠕࠒࠉࠌࠌ Ge. 28. 13. *Ar.* cum ـُ, ـَ ـِ &c. *Pihel* ࠒ. קוֹמֵם *Pual* קוֹמַם *Ithpa.* ࠀࠕࠒࠉࠉࠌ ܐܬܩܘܡܡ אִתְקַיַּם & אִתְקוֹמַם ـ تَسَيُّر Gen. 16. 2. *Ar.* Eadem est ratio IV, VII, VIII, & X. cū קאם ut אקאם אנקאם אקתאם אסתקאם *it.* אסאר &c. cum י in medio. Cætera omnia sunt analoga.

Hiph. Hebr. et. הֵקִים הֵקִימָה הֲקִמֹת הֲקִמֹתָ הֲקִמֹתִי pl. הֲקִימוּ &c. *It.* הֵפֵר ob Guttur. & ר; הֵצַר הֵרַע הֵרֵעַ Excisâ charact. רִיבוֹתָ *Chal.* אוֹקִים *Sam.* ࠀࠅࠌࠕ Gen. 38. 7. pro ࠀࠌࠅࠕ v. 10. *Æth* አቆመ፡ አኖመ፡ & perfectè አዐወረ፡ Ult. Guttur. አብአ፡ አብአት፡ አበለለ፡ አበለሊ፡ &c. Subjunct. አቅም፡ ታቅም፡ &c.

Imper. per Aphæres. לִינוּ דִינוּ *Sam,* ࠑࠉࠃࠄ Gen. 27. 7.

Fut. c ה Paragog אָעִירָה *c* ו Is. 13. 8. יְחִילוּן cum (..) תֵּשֵׁב c. 45. 10. Syris א tantùm cum (ܶ)

Æth. Analogum est.

Inf. H. per Aphær. גִּיל *Chal. c̄* 2 ה Dan. 5. 20. הֲזָדָה

P. B. H. מֵפֵר מֵרַע *Chal.* מְהָקִים Dan. 2. 21. מוֹזִיף Psal 37. 21.

Hoph. H. et. הֻקַּם הוּרַם *Chal. Ittaph.* Sic אִתְּחַל Isai. 53. 5. יִתְּתַב Gen. 41. 16. *It.* אִתּוֹקַם אִתּוֹתַב ab אוֹקִים *v. Aph.*

H. Hithpa. הִתְקוֹמֵם *à Pih.* nisi in הִתְ nihil differt.

	Hebr.	Chal.	Syr.	Sam.	Æth.
Imper.	הִקּוֹם הִקּוֹמִי	אִתְקָם אִתְקָמִי	ܐܬܬܩܝܡ ܐܬܬܩܝܡܝ	ࠀࠕࠒࠅࠌ &c.	
	הִקּוֹמוּ הִקּוֹמְנָה	אִתְקָמוּ אִתְקָמְנָא	ܐܬܬܩܝܡܘ ܐܬܬܩܝܡܝܢ		
Fut.	יִקּוֹם תִּקּוֹם	יִתְקָם תִּתְקָם	ܢܬܬܩܝܡ ܬܬܬܩܝܡ	ࠀࠕࠒࠅࠌ &c.	
	תִּקּוֹם תִּקּוֹמִי	תִּתְקָם תִּתְקָמִי	ܬܬܬܩܝܡ ܬܬܬܩܝܡܝܢ		
	אֶקּוֹם	אִתְקָם	ܐܬܬܩܝܡ		
Pl.	יִקּוֹמוּ } תִּקּוֹמְנָה	יִתְקָמוּן יִתְקָמָן	ܢܬܬܩܝܡܘܢ ܢܬܬܩܝܡܢ		
	תִּקּוֹמוּ }	תִּתְקָמוּן תִּתְקָמָן	ܬܬܬܩܝܡܘܢ ܬܬܬܩܝܡܢ		
	נִקּוֹם	נִתְקָם	ܢܬܬܩܝܡ		
Infin.	הִקּוֹם	אִתְקָמָא	ܡܬܬܩܡܘ	ࠑࠀࠕࠒࠉࠌࠄ	
Part.	נָקוֹם נְקוֹמָה	מִתְקָם מִתְקָמָא	ܡܬܬܩܝܡ ܡܬܬܩܝܡܐ ܡܬܬܩܝܡܝܢ &c.		
Pih.	קִיֵּם	קַיֵּם	ܩܝܡ	ࠒࠅࠌ	
Hiph.	הֵקִים הֵקִימָה	אֲקִים אֲקִימַת	ܐܩܝܡ ܐܩܝܡܬ	ࠀࠒࠅࠌ it. ࠄࠒࠅࠌ &c.	
	הֲקִימוֹתָ הֲקִימוֹת	אֲקֵמְתְּ אֲקֵמְתָּ	ܐܩܝܡܬ ܐܩܝܡܬܝ		
	הֲקִימוֹתִי	אֲקֵימַת	ܐܩܝܡܬ		
	הֵקִימוּ	אֲקִימוּ אֲקִימָא	ܐܩܝܡܘ ܐܩܝܡܘܢ ܝܢ		
	הֲקִימוֹתֶם הֲקִימוֹתֶן	אֲקֵמְתּוּן אֲקֵמְתֶּן	ܐܩܝܡܬܘܢ ܐܩܝܡܬܝܢ		
	הֲקִימוֹנוּ	אֲקֵמְנָא	ܐܩܝܡܢ ܝܢ		
Imp.	הָקֵם הָקִימִי	אֲקִים אֲקִימִי	ܐܩܝܡ ܐܩܝܡܝ	ࠀࠒࠅࠌ &c.	አቅም፡
	הָקִימוּ הָקֵמְנָה	אֲקִימוּ אֲקִימָנָא	ܐܩܝܡܘ ܐܩܝܡܝܢ ܝܢ		አቅሚ፡ &c.
Fut.	יָקִים תָּקִים	יְקִים תְּקִים	ܢܩܝܡ ܬܩܝܡ	ࠉࠒࠅࠌ &c.	
Inf.	הָקֵם הָקִים	אֲקָמָא	ܡܩܡܘ	ࠀࠒࠅࠌ	አቅሞ፡
P.B.	מֵקִים	מְקִים	ܡܩܝܡ	ࠌࠒࠅࠌ	
P.P.	מוּקָם	מְקָם	ܡܩܡ	ࠌࠒࠌ	
Hoph.	הוּקַם	אִתְּקַם	ܐܬܬܩܝܡ	ࠀࠕࠒࠅࠌ	

De Quieſcentibus tertiâ Radicali.

Sunt hæc apud *Hebr.* duorum ordinum, א, *ut* מָצָא at quatuor in (..) exeunt, ut מָלֵא טָמֵא שָׂנֵא יָרֵא in quo igitur א per omnium conjugationum *Præterita* quieſcit. Initia *Præteritorum Paſſ. it. Fut. Pyhal.*

Niph.	Kal.
נִמְצָא ־ה נִמְצֵאתָ ־תְ ־תִי	מָצָא מָצְאָה מָצָאתָ ־תְ ־תִי
Pl.	Pl.
נִמְצְאוּ נִמְצֵאתֶם ־תֶן ־נוּ	מָצְאוּ מְצָאתֶם ־תֶן מָצָאנוּ
הִמָּצֵא הִמָּצְאִי הִמָּצְאוּ הִמָּצֶאנָה	*Imp.* מְצָא מִצְאִי מִצְאוּ מְצֶאנָה
Fut. יִמָּצֵא תִּמָּצֵא ־צְאִי אֶמָּצֵא &c.	*Fu.* יִמְצָא תִּמְצָא תִּמְצָא צְאִי אֶמְצָא
	Pl. יִמְצְאוּ תִּמְצֶאנָה תִּמְצְאוּ
Niph. הִמָּצֵה	*Inf.* מְצוֹא מְצֹאת מָצוֹא
PB. & P. נִמְצָא נִמְצָא	*PB. & P.* מוֹצֵא מָצוּא

Hoph. exeunt in (.) & ה, *ut* גָּלָה quæ ſæpè inter ſe confunduntur. Diſcrepantia eſt ferè apud *Hebr.* tantùm.

בָּא בָּאָה בָּאתָ ־תְ ־תִי &c. *Particp.* בָּא בָּאָה בָּאִים &c. In cæteris ferè analoga. Confunditur et. hæc & ſeq. forma apud *Sam.* ࠀࠉࠒࠄ Gen. 3. 9. ࠄࠓࠀࠉࠄ c. 2. 19 ࠄࠓࠁࠀ *Inf.* ࠄࠀࠋࠃ Exod. 2. 19. ࠄࠓࠁࠉ c. 32. 13. ࠀࠓࠁࠄ Gen. 3. 16. ࠄࠓࠁࠔ c. 6. 1. ࠄࠀࠋࠔ c. 24. 63. ࠄࠀࠁࠔ Deut. 8. 2. ࠄࠀࠓࠔ c. 20. 19. ࠄࠀࠓࠔ *ib. Imp.* ࠀࠓࠁ ࠓࠁ Gen. 9. 1. ࠄࠀࠋࠌ c. 29. 27. ࠄࠋࠀ c. 30. 36.

Quieſcent. ה h.m. ſe habent.

Hebr.	Chal.	Syr.	Sam.	Æth.	Arab.
גָּלָה גָּלְתָה	גְּלָא גְּלָת	ܓܠܐ ܓܠܬ	ࠂࠋࠄ ࠂࠋࠕ	ገለ፡ ገለት	جَلَا جَلَتْ
גָּלִיתָ גָּלִית	גְּלִיתָ גְּלֵית	ܓܠܝܬ ܓܠܝܬܝ	ࠂࠋࠉࠕ ࠂࠋࠉࠕࠄ	ገለውከ፡ ገለውኪ	جَلَوْتَ جَلَوْتِ
גָּלִיתִי	גְּלֵית	ܓܠܝܬ	ࠂࠋࠉࠕ	ገለውኩ	جَلَوْتُ (جَلَوْنَ)
P. גָּלוּ	גְּלוֹ גְּלָאָה	ܓܠܘ ܓܠܝ̈	ࠂࠋࠅ ࠂࠋࠄ	Pl. ገለዉ፡ ገለዋ፡	D. جَلَوَا جَلَتَا جَلَوْتُمَا Pl. جَلَوْا
גְּלִיתֶם ־תֶן	גְּלִיתוּן ־תֵּן	ܓܠܝܬܘܢ ܬܝܢ	ࠂࠋࠉࠕࠌ ࠂࠋࠉࠕࠍ	ገለውክሙ፡ ገለውክን	جَلَوْتُمْ جَلَوْتُنَّ
גָּלִינוּ	גְּלֵינָא	ܓܠܝܢ ܓܠܝܢܢ	ࠂࠋࠉࠍࠅ	ገለውነ	جَلَوْنَا

Præterit. *Hebrais* hîc quatuor analoga, quibus ה cum Mappick גָּבַהּ חָסִיָה *it.* ה in א commutatur, ut קְרָאנִי Job 4. 14. (*irreg.* כָּמַהּ נָגַהּ תָּמַהּ Psal. 57. 2. עָשָׂת Lev. 25. 21. pro עָשְׂתָה) *ut Chal. Syr. Sam. Æth. & Ar.* necnon aliàs, inque aliis Conj ipſis *Heb.* *Chal. et.* גְּלָה גְּלִי גַּלִּי *& Syr.* ܓܠܝ & ܓܠܝ quæ terminationes omnes eadem formâ conjunguntur, excepto tantùm גְּלִי quod apud *Chal.* & *Syr.* ſic flectitur, ܓܠܝ גְּלִי

גְּלִית ܓܠܝܬ גְּלִית ܓܠܝܬܝ גְּלִית ܓܠܝܬ *Pl.*
גְּלִיו גְּלִיאוּ ܓܠܝܘ גְּלִיָא ܓܠܝ̈ גְּלִיתוּן ܓܠܝܬܘܢ
גְּלִיתִין ܓܠܝܬܝܢ גְּלִינָא ܓܠܝܢ ܝܢ In cæteris nil differt.

Verba cum duplici *Olaf* ſic flectuntur, ܒܕܘܠ ܒܕܘܠܬ בדול quibus literæ præfixæ, per ܶ efferuntur, *ut* ܢܒܕܘܠ

Sam. ࠀࠋࠂ ſic ࠀࠔࠁ Gen.21.16. ࠀࠕࠁ c.30.1. *irreg.* ࠄࠀࠕࠋࠁ *conſenui*, c.18.12. *Æth.* Verba, quorum tertia ወ & የ & med. radicalis eſt guttur. analoga ſunt, quæ hoc modo flectuntur, ርእየ: ርእየተ: ርኢከ: ርኢኪ: ርኢኩ: *Pl.* ርእዩ: ርእያ: ርኢክሙ: ርኢክን: ርኢነ: Exceptis quibuſdam, quæ etiam defectivè conjugantur, *ut* ሀሎ: ሀሎት: ሀሎከ: ሀሎኪ: ሀሎኩ: *Pl* ሀለዉ: ሀለዋ: ሀሎክሙ: ሀሎክን: ሀሎነ: Et ſic, quorũ, media የ. *Ar. Def.* ي h.m. رَمَيَ رَمَتْ رَمَيْتَ تِ. تُ. *D.* رَمَيَا رَمَتَا رَمَيْتُمَا *P.* رَمَوْا رَمَيْنَ رَمَيْتُمْ ـتُنَّ رَمَيْنَا Med. *Dam* manet و ut سَرُوَ *ſarowa*; med. Keſr. in ي tranſit, رَضِيَ *radiya*, pro رَضِوَ ſic رَضِيَتْ pro رَضِوَتْ at in 3ª. f. *Sing.* & *Du.* non excidit رَضِيَتَا سَرُوتَا سَرُوَتْ رَضِيَتْ *Radiyat.*

Imp.	גְלֵה גְלִי	גְלִי גְלִי	ܓܠܝ ܓܠܝ	ࠂࠋࠄ ࠂࠋࠄ	ሀሉ: ሀልዊ: &	اُجْلُ اُجْلِي D. اُجْلُوَا
	גְלוּ גְלֶינָה	גְלוֹ גְלַן	ܓܠܘ ܓܠܝܝܢ	ࠂࠋࠅ ࠂࠋࠉࠍࠄ	ሀልዉ: ሀልዋ:	Pl. اُجْلُوا اُجْلُونَ
Fut.	יִגְלֶה תִּגְלֶה	יִגְלֵי תִּגְלֵי	ܢܓܠܐ ܬܓܠܐ	ࠉࠂࠋࠄ ࠕࠂࠋࠄ	ይሄሉ: ትሄሉ:	يَجْلُو تَجْلُو تَجْلُو تَجْلِينَ أَجْلُو
	תִּגְלֶה תִּגְלִי	תִּגְלֵי תִּגְלַיִן	ܬܓܠܐ ܬܓܠܝܢ	ࠕࠂࠋࠄ ࠕࠂࠋࠉࠍ	ትሄሉ: ትሄልዊ:	c.f. D. يَجْلُوَانِ تَجْلُوَانِ
	אֶגְלֶה	אֶגְלֵי	ܐܓܠܐ	ࠀࠂࠋࠄ	እሄሉ:	Pl. يَجْلُونَ يَجْلُونَ
Pl.	יִגְלוּ } תִּגְלֶינָה	יִגְלוֹן יִגְלְיָן	ܢܓܠܘܢ ܢܓܠܝܢ	ࠉࠂࠋࠅࠍ ࠉࠂࠋࠄࠍ	ይሄሉዉ: ይሄልዋ:	تَجْلُونَ تَجْلُونَ
	תִּגְלוּ	תִּגְלוֹן תִּגְלְיָן	ܬܓܠܘܢ ܬܓܠܝܢ	ࠕࠂࠋࠅࠍ ࠕࠂࠋࠄࠍ	ትሄልዉ: ትሄልዋ:	
	נִגְלֶה	נִגְלֵי	ܢܓܠܐ	ࠍࠂࠋࠄ	ንሄሉ:	نَجْلُو

Hebr. cum ו mobili, אֶחֱמֶיָא cũ *Guttur.* אֶחֱוֶה cum (..) חֲעֶשֶׂה *Ch.* תִּגְלֵין ut *Syr.* rectiùs quàm ut alii, תִּגְלִין *it.* יִגְלִין ut *Syr.* Ab ܗܘܐ *Fut.* ܢܶܗܘܶܐ & ܢܶܗܽܘܐ lego et. ܠܗܘܐ *Sam.* ࠄࠔࠀ Gen.12.13. ࠄࠀࠄࠄ c.15.16. *Æth Subj. ſ. Optat* የሀሉ: ተሀሉ: ተሀሉ: ተሀልዊ: አሀሉ: *P.* የሀልዉ: የሀልዋ: ተሀልዉ: ተሀልዋ: ነሀሉ: Ita in hoc Verbo; in aliis, ኣሕየዉ: *def.* ኣሕዮ: Ultim. የ. *Fut.* ይጼሊ: ትጼሊ: ትጼሊ: ትጼልዪ: እጼሊ: *Pl.* ይጼልዩ: ይጼልያ: ትጼልዩ: ትጼልያ: እጼልዩ: *it.* እገኒ: እሬሊ: ይወዲ: ትሐልዪ: *Subjunct.* እጸሊ: ትጸሊ: ትጸልዪ: *Ar.* Ult. *Je*, يَرْمِي تَرْمِي تَرْمِي يَرْعَي *Ob Guttur*, *D.* يَرْمِيَانِ تَرْمِيَانِ *P.c.f.* يَرْمُونَ تَرْمُونَ تَرْمِينَ &c. mediâ Keſr. et. يَرْضَي &c. Quorum ult. ي in *Pl.* m. & f. ſine differentiâ, יִגְלוֹן תִּגְלוֹן juxta 1. Can. Waw, Ye; uti et. Sing. f. ſecundæ perſonæ, & Pl. f. ſecundæ perſonæ cum penult. habet Keſra, vel Fatha, ut تَرْمِينَ تَرْضَيْنَ Poſt لَمْ & reliquas particulas Gieſmantes, ult. radicalis excidit, uti et. Nun. Et h.m. ſe habent, يَجْلُ يَرْمِ يَرْضَ. *D.* يَجْلُوَا يَرْمِيَا يَرْضَيَا *P.* يَجْلُوا يَرْمُوا يَرْضَوْا Poſt لن *Lan* & partic. Fathantet, ult. recipit Fatha, يَجْلُوَ يَرْمِيَ at يَرْضَي *v.* Can. 3. Ye.

Infin.	גְלֹה גְלוֹת	מִגְלֵה	ܡܓܠܐ	ࠌࠂࠋࠄ	ሀልዎ: ሀልዎት:	جَلْوًا رَمْيًا

Hebr. cum א loco ה, רְצ֝א *Chal.* et. ob א ſæpe מִבְנֵי *it.* מַחֲרָא absque מ quod rarius, מִבְנְיָא חֱוָא לֶהֱוָא *Eſſe*: cum Affix. לְהוֹן *ut ſint ipſi*, f. לְהֵין Dan.5.17. *Syr.* cum ܘ ſequente ܗܘ ut ܗܘ ܡܶܒܢܶܐ

P.B.	גּוֹלֶה גּוֹלָה	גָלֵא גָלְיָא	ܓܠܐ ܓܠܝܐ	ࠂࠋࠄ ࠂࠋࠉࠄ		جَالٍ جَالِيَةٌ D. جَالِيَانِ جَالِيَتَانِ
	גּוֹלִים גּוֹלוֹת	גָלַיִן גָלְיָן	ܓܠܝܢ ܓܠܝܢ	ࠂࠋࠉࠌ ࠂࠋࠉࠍ		P. جَالُونَ جَالِيَاتٌ ſic رَامٍ رَامِيَةٌ &c.
P.P.	גָלוּי גְלוּיָה	גְלֵא גְלָיָא	ܓܠܐ ܓܠܝܐ	ࠂࠋࠄ ࠂࠋࠉࠄ		
	גְלוּיִם גְלוּיוֹת	גְלַיִן גְלָיָן	ܓܠܝܢ ܓܠܝܢ	ࠂࠋࠉࠌ ࠂࠋࠉࠍ		

Je excidit in *Ar.* גאר *v.* Can. Waw & Ye.

	Chal.	Syr.	Sam.	Arab.
Niph.H.Præt. נִגְלָה נִגְלְתָה	אִתְגְלִי אִתְגְלִיַת	ܐܬܓܠܝ ܐܬܓܠܝܬ	ࠀࠕࠂࠋࠄ ࠀࠕࠂࠋࠄࠕ	تَجَلَّي
נִגְלֵיתָ נִגְלֵית	אִתְגְלִיתָא אִתְגְלִית	ܐܬܓܠܝܬ ܐܬܓܠܝܬܝ	ࠀࠕࠂࠋࠉࠕ ࠀࠕࠂࠋࠉࠕ	تَجَلَّيْتَ
נִגְלֵיתִי	אִתְגְלִיתִי	ܐܬܓܠܝܬ	Paſſ. ࠀࠕࠂࠋࠉࠕ	تُجُلِّيَ
נִגְלוּ	אִתְגְלִיו אִתְגְלִיאָה	ܐܬܓܠܝܘ ܐܬܓܠܝ ܓܠܝܢ	ࠀࠕࠂࠋࠅ ࠀࠕࠂࠋࠉࠄ	تُجُلِّيتَ
נִגְלֵיתֶם תֶּן	אִתְגְלִיתוּן תֶּן	ܐܬܓܠܝܬܘܢ ܬܝܢ	ࠀࠕࠂࠋࠉࠕࠅࠍ ࠕࠉࠍ	
נִגְלֵינוּ	אִתְגְלֵינָא	ܐܬܓܠܝܢ ܢܢ	ࠀࠕࠂࠋࠉࠍࠄ	
Imper. הִגָּלֵה וְהִגָּלִי	אִתְגְלִי אִתְגְלָא	ܐܬܓܠܝ ܐܬܓܠܝ	ࠀࠕࠂࠋࠄ ࠀࠕࠂࠋࠉ	
הִגָּלוּ הִגָּלֶינָה	אִתְגְלוּ אִתְגְלֶנָה	ܐܬܓܠܘ ܐܬܓܠܝܝܢ	ࠀࠕࠂࠋࠅ ࠀࠕࠂࠋࠉࠍࠄ	
Fut. יִגָּלֶה תִּגָּלֶה	יִתְגְלֵי תִּתְגְלֵי	ܢܬܓܠܐ ܬܬܓܠܐ	ࠉࠕࠂࠋࠄ ࠕࠕࠂࠋࠄ	
Infin. הִגָּלֵה וֹת	אִתְגְלָאָה	ܡܬܓܠܝܘ	ࠀࠕࠂࠋࠅ	
Par. נִגְלָה נִגְלָה	מִתְגְלֵי מִתְגְלְיָא	ܡܬܓܠܐ ܡܬܓܠܝܐ	ࠌࠕࠂࠋࠄ ࠌࠕࠂࠋࠉࠄ	

Syris eſt et. forma ܐܬܓܗܠܝ ܐܬܓܠܠ ܐܬܓܠܝܬ ap. *BB.* *Sam.* ࠄࠔࠁࠀࠀ Gen.4.5. ࠄࠁࠔࠀࠀ c.17.1. ࠄࠃࠁࠀࠀ c.25.21. ࠄࠁࠉࠀࠀ c.31.32. *Æth.* VI. & VII. Conj. uti & *Arab*, V. reſpondet H. *Niphal*, & regulariter ſe habent.

Imper. *Syr.* irregul. ܐܬܦܢܝ Pſal. 6. 5. & 80. 14. & cum ו ſed otioſo, אתפני Luc.22.32. *Fut.* et. ࠉࠀࠔࠁ Gen.30.3.

Piel. גִּלָּה גִּלְּתָה	גַּלִּי גַּלִּיַת	ܓܠܝ ܓܠܝܬ	ࠂࠋࠄ ࠂࠋࠄࠕ	جَلَّي رَمَّي. Paſſ. جُلِّيَ	*Piel Syr.* ܗܘܢ *BB.* *Sam.* ࠄࠁࠁ Gen.29.12. ࠄࠋࠀ v.13. ࠄࠁࠁ v.15.
Imp. גַּלֵּה גַּלִּי	גַּלִּי גַּלִּי	ܓܠܝ ܓܠܝ	ࠂࠋࠄ ࠂࠋࠄ		
Fut. יְגַלֶּה תְּגַלֶּה	יְגַלֵּי תְּגַלֵּי	ܢܓܠܐ ܬܓܠܐ	ࠉࠂࠋࠄ ࠕࠂࠋࠄ		
Infin. גַּלֵּה גַּלּוֹת	גַּלָּאָה	ܡܓܠܝܘ	ࠂࠋࠄ		

ut ࠄࠄࠁ Exod. 5. 23.

Part.

	Hebr.	Chal.	Syr.	Sam.
Part.Ben.	מְגַלֵּה מְגַלֶּה	מְגַלֵּי מְגַלְּיָא	ܡܓܠܐ ܡܓܠܝܐ ܡܓܠܝܢ	ࠌࠂࠋࠉ ࠌࠂࠋࠉࠄ
Pual.	גֻּלָּה גֻּלְּתָה	אִתְגַּלֵּי אִתְגַּלִּית	ܐܬܓܠܝ ܐܬܓܠܝܬ	ࠀࠕࠂࠋࠉ &c.
Imper.	deest Hebr.	אִתְגַּלֵּי אִתְגַּלַּי	ܐܬܓܠܐ ܐܬܓܠܝ	ࠀࠕࠂࠋࠉ
Fut.	יְגֻלֶּה	אִתְגַּלֵּי	ܢܬܓܠܐ	ࠉࠕࠂࠋࠉ
Infin.	גֻּלֹּה ות	אִתְגַּלָּאָה	ܡܬܓܠܝܘ	ࠀࠕࠂࠋࠀࠄ
Hiph.	הִגְלָה הִגְלְתָה	אַגְלֵי אַגְלִיַת	ܐܓܠܝ ܐܓܠܝܬ	ࠀࠂࠋࠉ &c.
	הִגְלִיתָ הִגְלִית	אַגְלִיתְ אַגְלִית	ܐܓܠܝܬ ܐܓܠܝܬܝ	አግለወ፡ አግለየ፡ perfectè.
	הִגְלֵיתִי	אַגְלִיתִי	ܐܓܠܝܬ	
pl.	הִגְלוּ	אַגְלִיו אַגְלִיאוּ	ܐܓܠܝܘ ܐܓܠܝ	أَجْلَي أَرْمَي
	הִגְלִיתֶם תֶּן	אַגְלִיתוּן תֶּן	ܐܓܠܝܬܘܢ ܬܝܢ	
	הִגְלִינוּ	אַגְלִינָא	ܐܓܠܝܢ ܢܢ	&c. أُجْلِيَ Paſſ.
Imper.	הַגְלֵה הַגְלֵי	אַגְלִי אַגְלֵי	ܐܓܠܐ ܐܓܠܝ	ࠀࠂࠋࠉ &c.
	הַגְלוּ הַגְלֶינָה	אַגְלוּ אַגְלִינָא	ܐܓܠܘ ܐܓܠܝܢ	
Infin.	הַגְלֵה ות	אַגְלָאָה	ܡܓܠܝܘ	ࠌࠂࠋࠀࠄ
P.B.	מַגְלֶה מַגְלֵה	מַגְלֵי מַגְלְיָא	ܡܓܠܐ ܡܓܠܝܐ ܡܓܠܝܢ	ࠌࠂࠋࠉ ut, ࠌࠔࠁࠉࠌ Gen. 6. 17.
Hoph.	הָגְלָה	אִתַּגְלֵי	ܐܬܬܓܠܝ	ࠀࠕࠕࠂࠋࠉ
Fut.	יָגְלֶה	יִתַּגְלֵי	ܢܬܬܓܠܐ	ࠉࠕࠕࠂࠋࠄ

Syr. ܡܓܠܝܢ Chal. מְגַלֵּי PP. deest Hebr.

Pual. Chal. אִתְפְּסִי pro אִתְּאֲסִי it. אִתְחַוְיָה Gen. 27. 42. & Syr. ܐܬܓܠܝ ܐܬܓܠܝܢ ܐܬܓܠܐ ܐܬܓܠܝ ܐܬܓܠܘ ܐܬܓܠܝܢ &c. BB.

Part. מְגֻלֶּה Chal. מִתְגַּלֵּא Syr. ܡܬܓܠܐ Sam. ࠌࠕࠂࠋࠄ

Hiph. Hebr. etiam הֶגְלָה ex Syriaſmo, הֶחֱלִי. Item הוֹנָה הוֹרָה י. Quieſc. הִכָּה נ. Def. הִמְסִיו &c. Chal. etiam אַצְלִיתִי הַגְלִי & Def. הַגְלִיתָ & in 1ª perſ. אַסְחִיוֹת lavi. Pl. הֶעְדִּיו Dan. 5. 20. Sam. etiam ࠄࠀࠁࠉ ࠀࠊࠁࠉ Gen. 8. 9, 13. ࠄࠔࠉ Gen. 14. 14. ࠄࠁࠁࠄ c. 31. 20. ࠀࠋࠐࠉ Gen. 4. 21. Hebræorum Chal. Syr. formæ retinentur omnes à Samaritanis.

Imper. per Apocopen הֶרֶף ob Guttur. הַעַל Def. הַכֵּה נ & הַךְ Sam. ࠀࠔࠔࠉ Gen. 24. 14.

Fut. יַגְלֶה יַגְלֵי Syr. ܢܓܠܐ Sam. ࠉࠂࠋࠄ يُجْلِي يُرْمِي Paß. يُجْلَى

Infin. Chal. etiam הַחֲוָיָה הַשְׁנָיָה Sam. ࠄࠀࠒࠔࠔ Gen. 24. 19. ࠄࠀࠕࠒࠔࠔ v. 20. ࠄࠀࠕࠀࠔࠔ v. 22. ࠄࠀࠕࠌࠁࠔ c. 37. 22.

Heb. 10. 22. ܡܓܠܝܐ ܡܓܠܝܢ ܡܓܠܝܢ ܡܥܡܕܐ PP.

Inf. הָגְלוֹת אִתַּגְלָאָא ܡܬܬܓܠܝܘ ܡܬܬܓܠܝܘ — אִתַּגְלֵי ܐܬܬܓܠܝ ࠄࠀࠀࠕࠂࠋࠄ Hebr. caret. Imper.

Part. מָגְלֶה מִתַּגְלֵי ܡܬܬܓܠܐ

Verba dupliciter Imperfecta ex Defectivis apud Hebr. Infin. שְׂאֵת שְׂאת Imper. שָׂא Fut. יִשָּׂא Niph נִשָּׂא à נָשָׂא Aph. ܐܫܡܥ à ܫܡܥ ex Quieſc. אָתָנוּ pro אָתִינוּ Imper. אֱתָיו & הֵיתָיו Fut. יֵתֵא & יֵארַךְ Chal. Infin. מֵיתָא Targ. מֵיתֵי Imper. תָּא Pl. תָּיוּ & אֲתוֹ Syr. ܬܐ f. ܬܝ Pl. ܬܘ ܐܬܝܢ

Sam. ࠀࠕࠀ Gen. 23. 2. ࠄࠕࠀ c. 26. 13. Imp. ࠄࠕࠀ c. 37. 13. ࠀࠕࠉ Gen. 22. 2. ࠄࠕࠀ c. 37. 20. Fut. ࠉࠉࠕࠉ c. 32. 8. Infin. ࠀࠕࠀ c. 37. 10. ࠔࠉࠕࠉ Gen. 42. 15. c. 48. 7. Aff. ࠍࠄࠕࠄࠕࠀࠕࠉࠀ Num. 10. 21. Part. ࠉࠕࠀ Gen. 32. 6, 13, f. ࠄࠉࠕࠀ v. 25. c. 29. 6, 9. ࠔࠉࠕࠀ c. 24. 63. ࠍࠉࠕࠉࠕࠀ Gen. 30. 38. f, ࠍࠀࠉࠕࠀ c. 41. 29. Aph. ࠉࠕࠉࠀ c. 37. 2. Deut. 26. 3. ࠉࠕࠉࠀࠔ c. 8. 15 ࠉࠕࠉࠔ Exod. 10. 4.

Verba anomala, Ar. Syr. ſequuntur ſimpliciter Imperfecta, ſic Arab. אתי flectitur ut רמי & אחר ſic אב Rediit, ut אחר & קאל h. e. Def. 1° & med. ܐܙܠ hoc proprium habet, ubicunque Zain per (:) efferretur, & ܠ per vocalem, tranſit vocalis in locum (:) & ܠ excidit, ut ܐܙܠܬ ܐܙܠܬ P. B. ܐܙܠܘ ܐܙܠܝܢ Fut. ܢܐܙܠܘܢ Ezath, Ezeth. Ozo, Ozir. Nizun. Imper. ܐܙܠ ܐܙܠܝ ܐܙܠܘ ܐܙܠܝܢ Item ܗ in ܝܗܒ quieſcit per totum Præter. niſi ܝܗܒܬܗ dedit illa ܝܗܒܬ dedi. A ܚܝܐ Vivit, PB. ܚܝܐ f. ܚܝܝܐ Pl. ܚܝܘ ܚܝܝ̈ Infin. ܡܚܝܐ ܡܚܝܘ Aph. ܐܚܝ PB. ܡܚܐ f. ܡܚܝܐ & ܡܚܝܢ Hæc ܐܚܐ ܐܬܐ ܐܬܐ ܚܝܐ &c. ſemper ܐ retinent ܚܝܐ ܚܝܐ Imp. ܚܝܝ ܚܝܘ ܚܝܝܢ Pl. ܚܝܝ &c. ܚܝܐ ܚܝܝܢ ܚܝܝܬܐ Fut ܐܚܐ ܢܚܐ ܢܚܝܘܢ Infin. ܡܚܝܘ PB. ܡܚܝܐ f. ܡܚܝܐ

Similiter in Ethpael. &c. אחביא חביאו

Æthiop. Infin. ብሂል፡ in Præterito (Futuri inſtar) per literas አትይን፡ conjugatur, ይቤ፡ ትቤ፡ ትቤ፡ ትቤሊ፡ እቤ፡ Pl. ይቤሉ፡ ይቤላ፡ ትቤሉ፡ ትቤላ፡ ንቤ፡ Ob Affixa autem cum ለ፡ Pſal. 2. 7. ይቤለኒ፡ Dixit mihi. Fut. ይብል፡ ትብል፡ ትብል፡ ትብሊ፡ እብል፡ Pl. ይብሉ፡ ይብላ፡ ትብሉ፡ ትብላ፡ ንብል፡ Subj. ይበል፡ ትበል፡ ትበል፡ ትበሊ፡ &c. Imper. በል፡ በሊ፡ በሉ፡ በላ፡ V. Conj. አበለ፡ አበለት፡ አበልከ፡ &c. Imp. አብል፡ አብሊ፡ &c. ከህለ፡ in Fut. ይክል፡ ትክል፡ ትክል፡ ትክሊ፡ &c. Subj. ይክሀል፡ Imper. ነዐ፡ Age ነዒ፡ ነዑ፡ ነዓ፡ Imperſonale ቦ፡ eſt, habet. ቦቱ፡ ቦቲ፡ ቦሙ፡ ቦን፡ Eſt, illi, illis, &c.

Arab. رَأَي Fut. يَرَي يَرِي تَرَي نَرَيْنَ &c. Imp. رَ et رَيْ رَهْ Du. رَيَا Pl. رَوْا رَيْنَ IV. أَرَي Fut. يُرِي Infin. أَرِ Inf. إِرَاءَ Part. مُرٍ Sic حَيِيَ et حَيَّ X إِسْتَحْيَا et إِسْتَحَي Fut. يَسْتَحْيِي et يَسْتَحِي Et ſic in cæteris temporibus.

Canones Æthiop. de ወ & ይ፡ de quibus ante in Verbis.

ወ & ይ፡ poſt literas ſextæ claſſis, coaleſcunt in homogeneas ሙጉዝ፡ pro ምውጉዝ & ሂሙ፡ pro ሠይሙ፡ ቂለት፡ pro ቅይለት፡ 2, ወ & የ & ይ mutæ, poſt literam primæ claſſis, ወ in ዐ, & የ in ሀ, ſ. i, mutatur, ቀሙ፡ pro ቀወሙ፡ እሴፎ፡ pro እሴፈወ፡ አሕዮክ፡ pro አሕየውክ፡ ሀሙ፡ pro ሠይሙ፡ 3, የ formæ ግብረት፡ per literam præcedentem quintæ claſſis compenſatur, ከሬት፡ ርዔት፡ ርቄት፡ pro ከርየት፡ &c. 4, ወ & የ፡ reſpuunt vocales homogeneas, & literas præcedentes, & de propria in ſextam claſſem mutant, ህለወ፡ ጽዕድወ፡ ረይአየ፡ ለርአየ፡ አእዘንየ፡ pro ህሉወ፡ ጽዑዱወ፡ &c. At forma ገቢር፡ in Verbis & Nominibus, vocalem tertiæ claſſis retinet, ነቢይ፡ ዐቢይ፡ ፈደይ፡ 5. ወ vel የ፡ in Sing. quaſi latens, in Pl. ſe exerit, ከኩብ፡ ውሒዝ፡ ወሬሲ፡ Pl. ከዋክብት፡ ወሐይዝት፡ ወሬስያን፡ 6. Gutturalis ſextæ claſſis muta; præcedentem mutat in quartam, ሰማዕከ፡ አትፈሣሕ፡ pro ሰምዕከ፡ እትፈሥሕ፡ &c.

Canones Arab. de literis Elif, Waw, Ye.

HÆ literæ frequenter inter ſe commutantur; in principio autem dictionis, etiam in medio, & fine poſt Gjezmam conſtanter manent.

Elif, Waw, Ye vocalibus deſtitutæ poſt vocales heterogeneas, iis fiunt homogeneæ, دِيمَ نَارٍ pro نُورٍ بَارٍ Waw & Ye poſt Fatham ſæpe manent, adſcriptâ Gjezmâ; aut ſine ea, inſtar Elif quieſcunt, يَوْمٌ لَيْلٌ رَمْيَهُ عَزْوَهُ Yaumon, Leilon, Ramaho, Gazaton.

Literæ Elif, Waw, Ye quieſcentes, ſequente Gjeſmâ excidunt, يَخَفْ يَقُمْ pro يَخَافُ يَقُومُ

Excipitur Elif Unionis, وَٱنْصُرْ

Canones ſpeciales Elif.

1, Elif in medio dictionis mobile per Damma in و; per Keſram in ي mutatur, سُئِلَ pro سُأِلَ etiam poſt Elif quieſcens, قَائِلٌ pro قَاءِلٌ 2, Elif in medio dictionis mobile per Fatham poſt Damma in Waw, poſt Keſram, in Ye mutatur, دُوبٌ فِيَةٌ pro دُأْبٌ فِأَةٌ 3, Elif in fine dictiones poſt Damma in و, poſt Keſram in ي mutatur, 4, Elif in fine dictionis poſt Fatham, mobile per Damma in و; per Keſram in Ye mutatur, دَنُوٌ خَاطِي pro دَنَأٌ خَاطِأٌ 5, Elif quieſcens poſt Elif Fathatum excidit, Fathâ perpendiculariter pictâ, vel adſcriptâ Meddâ دَعْوٌ شَيٌّ pro شَيْءٌ دَعْوٌ 6, Elif quieſcens ſequente alio Elif quieſcente in ا Fathatum mutatur, آمَنَ أَمِنَ pro أَأْمَنَ

Voculæ inſeperabiles אבפכלו non cenſentur Elif in medium collocare, niſi in particulis quibuſdam لِئَلَّا لِأَبٍ

Canones Waw.

1, Waw in medio, dictionis mobile per Fatham poſt Keſram, interdum in Ye mutatur, ثِيَابٌ pro ثِوَابٌ 2. Waw in medio, habens poſt ſe aliud و quieſcens, ſæpe id expellit, رُوْسٌ

3, *Waw* finale post *Fatham* nequit moveri, sed abjectâ suâ vocali, & rejecto ad *Fatham Nun* vocali, si quod adsit, quiescit, in א mutatâ, si sit tertia dictionis litera, aut in *Ye* conversa, si quarta seu ulterior, روس pro رووس عصا عرا معطي يعري pro عصو عرو معطو يعرو

4, *Waw* finale post *Damma* non fert *Damma*, vel *Kesram* ردو pro ردو Si adsit *Nun* vocale, id retrocedit, & ו excidit, ادل pro ادلو

5, *Waw* finale post *Kesram*, in *Ye* mutatur, رضي pro رضو

6, *Waw* servile in fine, adsciscit *Elif* otiosum, رموا pro رمو

Canones de *Ye*.

Ye in medio dictionis mobile per *Fatham* post *Damma*, interdum in ו mutatur, رموان pro رميان

2, *Ye* in medio, habens post se aliud *Ye* quiescens, sæpe id expellit, ريس pro رييس

3, *Ye* finale post *Fatham*, abjectâ suâ vocali, & rejecto ad *Fatham Nun* vocali, siquod adsit, instar *Elif* quiescit, اولى pro اولي & فما pro فمي فميا Si aliud *Ye* præcedat, mutatur in א هدايا pro هدايي Excip. يحيي et ربي

4, *Ye* finale post *Kesram* non fert *Damma*, vel *Kesram*, sed quiescit, حافي pro حافي Si adsit *Nun* vocale, id retrocedit, & *Ye* excidit, رم pro رمي

6, *Ye* finale post *Damma*, id in *Kesram* mutat, ايد pro ايدي Etiam intercedente ו quod in *Ye* vertitur, مرمي pro مرموي

Canones de *Waw*, & *Ye*.

1. *Waw* & *Ye* mobiles, ante و & ي quiescentes excidunt, vocali suâ abjectâ, si præcedat *Fatha*, aut rejectâ in locum præcedentis vocalis, si ea sit *Damma*, vel *Kesra*, رموا اعري عارون يرمون pro رميوا اعروي يرميون عاريون

2. *Waw* & *Ye* in Verbis concavis, in א quiescens mutatur, سار قام pro سير قوم

Waw & *Ye* ita concurrentibus, ut prior vocalem non habeat, mutatur ו in י duoque *Ye* per *Tesdid* coalescunt, ايام pro ايوام

3. *Waw* & *Ye* finales post *Elif* servile, in *Hamzam* mutantur, سماء رداء pro سماو رداي

Nota; Cùm *Elif*, *Waw*, *Ye* vocali alicui postpositæ dicuntur, immediata intelligitur postpositio, non cum *Gjezma*, aut litera quiescente, vel latente in *Tesdid*, ut in اني عدو حظو Affixa censentur *Elif* in medium collocare, non *Waw* & *Ye* ماءه, ماوه مايه رامي رميه عرا عراه non ماءه ماءه رميه عروه

De Verbis apud Persas.

Verba sunt illis Primitiva, ut سوختن *Comburere*; & Derivativa, quæ in Infinitivo desinunt in يدن - انيدن vel انيدن ut سوزيدن i. q. à סוחתן secunda persona sing. Primitivi سوز & سوزانيدن *facere comburere*, ut Hebr. *Hiph.* prout et. quæ in איאנידן terminantur. Passiva fiunt à شدن /. كرديدن /. كشتن (quæ *Esse*; *s.* *Fieri* significant) cum Participio Præter. كشته شدن /. كرديدن &c. *Occidi.* Fiunt etiam à שדן & Adjectivis nonnullis, interdum à درست شدن *Sanari*: Nec non aliquando Nominibus substantivis, quando præposito *Be*, ut زاد *Genuit*, بزاد *Natus est.* Sunt & Verba Communia, quæ Act. & Pass. habent significatum, خستن *Vulnerare*, —*ri*; sic آمادن آمودن كشادن آميختن *Parare*—*ri*, &c.

Temporibus Notæ quasi characteristicæ solent præfigi, مي /. همي Præsenti & Imperfecto: *Be Fut.* & *Imperativo*, aliquando etiam Præter. perfecto, خورد مي /. همي *Comedit*, &c. Quæ tamen sæpe omittuntur, & in Verbis compositis interponuntur aliquando Verbum inter & Nomen, *s.* Præpositionem, ut בר מי כנד *Implet*, דר מי איד *Introit*. Regulæ ad efformandum Præsens ab Infinitivis, qui omnes desinunt in دن vel تن Quorum *Infinit.* desinit in דן in ידן vel אנידן sine alia mutatione in tertia *Sing.* tam *Præsentis* quam *Perfecti*, *Dal* retinet, ut, שׁמרדן *Numerare*, בירידן *Scindere*, בושׁאנידן *Facere induere*, شمرد برد بوشاند *Numerat*, *numeravit*, &c. Quibus est *Waw* immediate ante דן in *Præsenti* mutant דן in יד & *Waw* in *Elif* אזמודן *Tentare*, مي آزمايد *tento*

Anomala a. hîc sunt שׁדן *Esse* דידן *videre* זדן *verberare* דאדן *dare* אמדן *venire* אורדן *adferre* אפרידן *creare* כשׁאדן *aperire* כרדן *facere* מרדן *mori* שׁנידן *audire* נהאדן *ponere* רודן *rapere* & plurima alia, مي دهد , زند بيند , مي شود زند نهد شنود ميرد كند كشايد افريند مي آرد مي آيد *Est*, *videt*, &c. Quorum Infinitivus desinit in תן si *Cha* præcedat, vel *Cha* resolvitur in ו ut סוחתן *comburere*, مي سوزد *comburit*; vel mutatur in ס vel שׁ ut שׁנאחתן פרוחתן مي شناسد مي فروشد *Intelligit*, *vendit*, vel manet, ברהיחתן, אהיחתן برهيخد آهيخد vel mutatur in ל ut כסחתן *rumpere* گسلد Si ס præcedat cum *Fatha*, ס nunc mutatur in נ ut שׁכסתן *frangere* مي شكند nunc in ה, נסתן *Saltare* مي جهد nunc in י ut אראסתן *ornare* آرايد nunc manet ביחסתן بيحسد

Anomala, חאסתן *Surgere*, בסתן *ligare*, بندد خيزد Si ס præcedat cum *Damma*, convertitur (ى) in *Waw*, & ס in י ut רסתן גסתן رويد جويد Si ס præcedat cum *Kesra*, ס convertitur in י ut זיסתן *vivere* כריסתן *flere* كريد زيد nunc manet, ריסתן *Nere* ريسد frequentiùs abjicitur, יאיסתן מאנסתן ראנסתן שׁאיסתן תואנסתן شايد تواند بايد ماند مي داند at נשׁסתן *Sedere*, نشيند Si præcedat שׁ cum א nunc mutatur in ז, כאשׁתן *seminare* كارد sæpius convertitur in ר ut ראשׁתן כראשׁתן كذارد دارد interdum manet at sæpius sine א ut אפראשׁתן כשׁתן افراشد كشد مي aliquando cum א ante ר ut ברכשׁתן כשׁתן كارد بركارد

Si præcedat שׁ cum *Waw* ante שׁ interjicitur י, נושׁתן *Scribere*, نويسد Si præcedat פ mutatur in ב vel ו sæpe etiam manet, רובד כובד שׁפתן שׁכאפתן באפתן אשׁפתן : יאפתן רפתן כופתן شنود شكافد بافد آشفد : مي يابد item regulariter; חפתן *dormire*, خسبد aliquando פ excidit, ברירפתן *bene excipere* پذيرد Anomala כפתן *dicere*, כרפתן *capere*, مي كيرد كويد *dico. capio.* Præteritum formatur ab Infinitivo, abjecto ן ut חורדן כפתן خورد كفت *edit*, *dixit*: Sæpe præfixum assumit ב cujus fere eadem est vocalis cum sequente, בקיפרת *bokoft*: non rarò usurpatur pro *Fut.* مي بريم *portabimus*. Item suffixum habet ה vel י & tum nihil differt ab ejusdem temporis perf. secunda ut بوده بودي i.q. בוד. Imperfectum fit præposito مي vel همي separato aut conjuncto ante Præteritum, ut מיחורד /. ميخورد *Edebat*, Plusquam perfectum fit ab Infinitivo, mutato ן in ה & Verbo Substant. ut בודן خورده بود *Ederat*. Futurum fit à Præsenti, præponendo بـ vel ـه loco מי ut بخورد خورد ـه *Edam*. *Fut.* secundum fit à خواهد *Vult*, & *Infin.* Eliso *Nun* خواهد خورد *Vult edere*, vel *esurus est*, est enim חואהד etiam nota *Particip.* in *rus*, fere autem cum pleno *Infin.* חואהד סבארדן Mar. 14. 42. v 62. Luc. 1. 66. *Imperativus* affirmativus est idem cum *Fut.* abjecto tantum د in secunda persona *Sing.* ut بخور *Ede.* *Be* et. hîc punctatur more sequentis consonantis, & ut quidam volunt semper cum *Damma*. It. tam hîc, quã in *Fu.* si Verbum incipiat ab א tum *Be* cum י præfigitur, ut אפרוחתן *ardere*, بيافروزم بيافروز *ardebo*, *arde*; & in hoc casu ferè absque *Elif*, ביפרושׁ ביפרושׁד Imperativus negativus fit præfixâ particulâ مـ /. نـ negationis notâ; Et si prima incipiat ab א post ם sequitur י & ה et, in י mutatur; نخور مخور *Ne ede*; نيا ميا *Ne veni*. د tertiæ personæ *Sing.* nota est, ي secundæ م primæ. ند tertiæ. *Pl.* يد secundæ. يم primæ. Generis est *Persis* hîc diversitas nulla.

Paradigma Verbi perfecti.

Præsens.	Præterit. Perf.	Futurum.	Imperativus
می خورد	خورد / خورده است	بخورد	بخورد
می خوردی	خوردی	بخوری	بخور
می خورم	خوردم	بخورم	Pl. بخورند
می خورند	Pl. خوردند	Pl. بخورند	بخورید
می خورید	خوردید	بخورید	بخوریم
می خوریم	خوردیم	بخوریم	

Infinitivus. خوردن & خورد *Præsens.* خورده بود & خورده بودن *Præterit.*

Participium. خورا & خوران & *Præs.* خورده & خورد *Præt.*

Gerundia formantur ab *Infinitivo*, mediante Præpositione, vel Nomine. بخوردن *Edendo,* خوردن گاه *Tempus edendi.* پیش خوردن *Ante edendum.*

Præter Imperf.	Plusquam Perf.	Futurum secundum.
می خورد	خورده بود	خواهد خورد
می خوردی	خورده بودی	خواهی خورد
می خوردم	خورده بودم	خواهم خورد
Pl. می خوردند	خورده بودند	P خواهند خورد
می خوردید	خورده بودید	خواهید خورد
می خوردیم	خورده بودیم	خواهیم خورد

Perfectum et. aliàs formatur per הסתן *Esse*, & *Part. Præter. ut* خورده هست *Edit.* הסתי הסתם הסתנד &c. *edisti, edi, &c.* item eliso ה خورد هست *i. q.* חורדה הסת *Infinitivus* est ipsum nomen actionis, *ut* חורדן *Edere*, & *esio.* Variatur et. casibus, & numeris, more Nominum, *ut Nom. & Gen. Dat. & Accus.* خوردن *Pl.* خوردنرا خوردنها *esiones.* Est aliis et. *Fut. Subjunctivi*, constans ex *Partic.* præteriti, & *Fut.* Verbi Subst. *ut* בורן اگر خورده باشم *Si edero*; sic cum באשי· באשד *Pl.* באשים, באשיד, באשנד *si ederis, ederit, &c.* Sic ex هستن & *Participio præter.* (cujus Persæ amantissimi) alia et. formantur Tempora in *Indicativo, Optativo, & Subjunctivo.* Verba Negativa fiunt præfigendo نه vel ن *ut,* نمی خورد *non edit, &c.* ut in Paradigm. Hæc præfixio *Be* tollit in *Fut. & Imper.* ut נחורד

Verba anomala *Persis* paucissima inter quæ usitatissima: sunt Verba substantiva, *scilicet:*

Præsens.	Præt. Imperf.	Perfectum.	Plusq. Perfect.	Fut primum.	Fut. secund.
است & هست	می بود	بود / بوده است	بوده شد	باشد	خواهد بود
ای & هی	می بودی	بودی	بوده شدی	باشی	خواهی بود
ام & هم	می بودم	بودم	بوده شدم	باشم	خواهم بود
Pl. اند & هند	می بودند	Pl. بودند	F بوده شدند	باشند	Pl. خواهند بود
اید & هید	می بودید	بودید	بوده شدید	باشید	خواهید بود
ایم & هیم	می بودیم	بودیم	بوده شدیم	باشیم	خواهیم بود

& absque מי

Imperativus.	Infinitivus Præs.
باد. / باشد	بود / بودن
باش	*Præt.* بوده شدن
Pl. باشند	*Part. Præs.* بوده *Qui fuit.*
باشید	*Fut. Subjunct.* اگر بوده باشد باشیم *Si fuerit, &c.*

Similiter etiam شده باشد, &c.

Elif in *Præsenti* sæpe eliditur, & cum antecedente voce coälescit, *ut* منم کر *ego sum surdus*, pro מן אם כר پاکست pro באך אסת *purus est.* Cum ن negativ. א in י convertitur, نیست *non est*: item propter که & چه eliso ה کیست چیست *quis est? quid est?*

Conjugatio شدن *Esse*, *s.* potius, *Fieri.*

Præsens.	Præter. Imperf.	Perfectum.	Plusquam Perf.
شود / می شود	می شد	شد / شده است	شده بود
می شوی	می شدی	شدی	شده بودی &c.
می شوم *al* شوم	می شدم	شدم	
Pl. می شوند	Pl. می شدند	Pl. شدند	
می شوید	می شدید	شدید	
می شویم	می شدیم	شدیم	

Futurum.

S.	Pl.
شود	شوند
شوی	شوید
شوم	شویم

Imper. شو شود *Sit* *Pl.* شوند &c. *Infin.* شدن

Part. Præs. شوا *Existens,* ὢν *Præter.* شده *Qui fuit.*

Conjugatio, هستن *Esse.*

هست هستی هستم *Pl.* هستند هستید هستیم *Infin* هستن Reliqui modi, & tempora, desiderantur.

Verba Impersonalia fiunt ex tertia persona *Pl. ut,* می خورند *comeditur.* *Part. Præs.* fit à Præsenti, mutando ם in א vel אן, & abjiciendi מי *ut,* מי חורם خورا خوران *comedens*: ex quo fit خورنده *idem* cum augmento. *Præter.* fit mutando ן in *Infin.* in ה· خورده Qui *edit*, *s. esus est*; habet enim tum Act. tum Pass. significatum, *Pl.* خوردگان

De Nominibus.

Genus in sex linguis tantum est *Mascul.* aut *Fœmin.* & *Commune* cujus sunt Nomina numeralia à 20 ad 100. Item *Hebrais* שֶׁמֶשׁ צִפּ֗ר שֶׂה צֹאן זָקֵן מַטֶּה גָּמָל רוּחַ & *tria priora.* etiam *Chal. Sam. Syr Ar.* Omnes *Neutro* carent, pro quo fere utuntur *Fœm* interdum & *Masculino.* Apud *Persas*, ut in verbis, sic neque hic Generis ulla est diversitas. Defectus autem iste in Substantivis suppletur interdum per نر *i. e. marem*, & ماده *i. e. fœminam. vide Lex. Pers.* *Masculina* sunt Nomina propria virorum, virilium officiorum, fluviorum, montium, populorum, mensium. *Fœminina* sunt Nomina mulierum, muliebrium officiorum, urbium, regionum, membrorum corporis animalis, præsertim geminorum. Minus certum hoc, quam illud prius; quantum enim ad tria ultima, apud *Æth. Arab & Sam.* sunt interdum, licet rarius, *Masc.* Regulæ de Terminatione ferè apud omnes quam sæpissimè fallit. Finita in ה, fere sunt *Fœm.* & ut plurimum Abstracta, ארוכה· נינה· צדקה· חכמה· אהבה· תועבה item in ות ut ידידות אילות שפלות *Heb. Ch. & Sam.* Non autem si ת sit radicale: *Chal.* etiam *Syr.* in ו צלו [illegible] Item *Chal. & Syr.* תא loco ה. *Persis* ית & יש *ut* آدمیت آزمایش *humanitas tentatio.* *Arab* ة خلالة برکة item *Infin.* Verborum. *Æthiop* ና & ት: ቅድስና: *Sanctitas*, ባርነት: *servitus.* &c. Finita in י· כי· נאי & אר *Persis* etiam sunt Abstracta, שאדי *lætitia*, ביכאנכי *Novitas* פראהנאי *latitudo* כפתאר *dictio.* *Arab.* etiam finita in ة nomina formant partem rei significantia [illegible] *Pers.* ה solum, באויזה מאויאנה מאריאנה *Arab.* finita in ا *fœm.* sunt צפראא *flava*; & in ي כברי *major f.* סכרי *ebria* עצבי *irata f.* Finita in י Gentilia sunt מִצְרִי מַצְרִי *Ch.* [illegible]

ࠌࠑࠓࠉ ܡܨܪܝܐ ገብጸዊ: Ar. & Perſ. مصري f מצרית ࠌࠑࠓࠉࠕ ገብጸዊት: ܡܨܪܝܬܐ *Chal.* מצריתא مصرية & ſic Adjectiva in cunctis ſeptem linguis. Nomen Actoris *Æth.* vel inchoatur per መ præpoſitum derivativis 2,3,4, & 5 Conj. rarius primæ መምህር *doctor* መናዝዝ: *conſolator* መድኀኒ: *ſalvator* መከልል: *impediens*; vel per literam tertiæ claſſis terminatur, ረዳኢ: *adjutor* ሰማሂኒ: ተዐጋሢ: *Perſis* terminatur in דר, נה, יאן vel באן *ut* מאהיכר *piſcator* חואנדה *lector* דרבאן *janitor*. Hoc *Hebr. Chal. Syr. Sam.* & *Ar.* fit per Participium מושיע מנחם &c. ' item *Perſis* nota Regiminis apud *Hebr* סלאמי מרדם *ſalus hominum* Et formæ Emphat apud *Chal* loco articuli אל apud *Arab* & ὁ apud *Græcos*.

Locum Actionis apud *Æthiop.* denotat forma vocis ምጽላይ: *Oratorium*, ምሥዋዕ: گورستان گورجا مقبره & تكيگاه *Sepulchretum*, apud *Perſ.* *Arab.* locum ſimiliter & tempus forma مشغل *locus & tempus laboris.* مكتب & interdum مسجد مشرق مطلع مقبرة مقبرة مقبرة. Quæ à ſimili *Waw* ſunt, perpetuò *Keſra* habent, מוֹעִד *Maudion*; at quæ à Defectivis, *Fatha*, *ut* مرمى Nomen Locale collectivum, denotans locum in quo res ſunt copioſæ, *Arab.* eſt formæ مبطخة *locus melonibus refertus. Perſis* מארנאך מארסתאן *Locus ſerpentibus abundans*: localē ſingulare, ſignificans locum, ſ. inſtrumentum, in quo quid reponitur, *ut* מקלם *miklamon, Calamarium,* מבואל *mibwâlon*, *Urinarium* משמעה *miſhmaaton Vaſculum ceræ*; ſc. ejuſdem formæ cum Verbali ſignificante Inſtrumentum actionis, מַחְלַב *mulctra* מִפְתָּח *clavis* מַכְבַּסְתָּא *Verriculum*. *Perſis* מאלה (*b*) מאסה (*c*) מאשה *Inſtrumentum camentariorum* (*b*) *fabrorum lignariorum* (*c*) *textorium*. Nomen vicis, *ſc.* unius, *ſ.* actionis ſolitariæ, *Ar.* eſt formæ فعلة جلسة & إدراجة دحراجة &c. à Quadriliteris, & Conjugat. derivativis; *una ſola ſeſſio, &c.* Diminutivum, *Hebr. Chal. Æth* per Periphraſin; *Syris* fit terminatione ܘܢ vel ܘܣ *ut* ברונא *filiolus* אחונא *fraterculus* כלבוסא *catellus* אמרוסא *agnellus*; paucis utraque גברוסא גברונא *viruncu us* טליוסא טליונא compoſitis prior, ברנשונא *homuncio*. Fœmininis terminatio ܘܢܝܬܐ ברתוניתא *filiola*; etiam duplex forma, ברתונתוניתא *filiola parvula*. *Arab.* in triliteris eſt formæ فعيل & جعيفر عصيفير in quadrilit. *Sam.* fit additione ࠐ Deut. 32.25. *An. Sam.* ࠐࠐ *puerulus*; ك *ut* מאמך *matercula* דלך *corculum*. Declinatio (niſi in linguæ *Perſ.* ſit) *Arab* non fit per Caſus: in qua tres tantum ſunt, *Nominativus, Genitivus* (ſub quo *Dativus* noſter, & *Ablativus* continentur) & *Accuſativus*. Horum ratione Nomina ſunt, vel *Triptota*, qualia ſunt omnia *Singularia*, & *Pluralia* fracta, quæ ſic ſe habent, رَجُلٌ رَجُلٍ رَجُلًا *Pl.* رِجَالٌ رِجَالٍ رِجَالًا *Diptota* ſunt 1. Dualia omnia, quibus *Nominat.* אן *ani, Gen & Acc.* ין *aini*, ut رَجُلَانِ رَجُلَيْنِ *duo viri, duorum virorum, duobus viris, duos viros*. 2, Pluralia ſana *Maſc.* quibus *Nominat.* ון *owna*, *Gen. & Acc.* ין *ina*, ut مؤمنون مؤمنين *credentes, credentium, credentibus.* 3, *Pluralia* ſana *Fœmin.* quibus *Nominat.* את *Gen. & Acc.* את ut اُمَّهَاتٌ اُمَّهَاتٍ 4, Nomina invariabilia, *h.e.* abſque Nunnatione, quorum *Nominat.* (ـُ) *Gen. & Acc.* (ـَ) *ut* أَسْوَدُ أَسْوَدَ *niger, nigri—o—um.* Hujus generis ſunt, 1, Adjectiva, Poſitiva, Comparativa; אחמר *ahmero*, *ruber* אכבר *major, maximus*: niſi (quod raro accidit) *fœm.* per ה forment, ארמל *viduus* ארמלה *vidua*. 2, Adjectiva in אן ſervili, nec habent *fœm.* in ה *ut* עצבאן *iratus*. 3, Finita in א vel י ſervili, quieſcente inſtar א *ut* צפרא, קתלי 4, *Pluralia* fracta formæ צוארב *Sawâribo* vel חוארק vel קנאדיל Sed quibus ultima radicalis eſt quieſcens, *Triptota* ſunt, ut reliqua *Pl.* fracta. 5, Regionum, Inſularum, Urbium, Pagorum, Artium, Montium, Fluviorum, & Locorum nomina; etiam Hominum propria. præſ. *Maſcul.* in ان terminata; item Barbara, *ut* אסחאק quæ formæ גור *zjooro*. *Fœm.* in ה terminata *ut* אישה conſtantia quatuor literis *ut* זינב aut tribus, quorum media movetur, צקר *Sakaro*, quæ ſi non terminantur in ה modò triptota ſunt, modò diptota, quod aliis invariabilibus, præſ. in Poëſi contingit, & in Proſa *Pluralia* fracta ſæpius. Sicut contra, Variabilia quædam fiunt invariabilia.

Genit. in cunctis ſeptem linguis intelligitur ſæpe per Conſtructionem: cujus eſt apud *Heb.* hæc ratio, ut forma Abſoluta interdum à Conſtructa nihil differat, ut quæ formæ ſunt מֶלֶךְ *ut*, מֶלֶךְ הַשָּׁמַיִם interdum & mutatis vocalibus differat; qualia ſunt m. *Sing.* hæc דָּבָר דְּבַר, זָקֵן זְקַן, שָׂדֶה שְׂדֵה, בַּיִת בֵּית סות apud *Chal Syr. Sam.* nihil mutatur, סְפַר קְרָבִין ܣܦܪ ܩܪ̈ܒܐ: ࠎࠐࠓ ࠒࠓࠁࠉࠍ *liber bellorum*: Neque apud *Æth.* niſi deſinentibus in ſecunda, tertia, vel ſexta claſſi; Finita in ſecunda & ſexta mutantur in primam እሐዱ: እሐደ: & ንጉሡ: ንጉሠ: Excipe ኵሉ: & ክልኤ: quod facit ኵሎ: ክልኤ: *item* አቡ: አበ: Finita in tertia, in quintam mutantur, ገብሪ: ገብሬ: At እሐቲ: እሐተ: & መዓሪ: መዐር: Apud *Arab* fit per Apocopen ـٌ *Nun* Caſualis; Vocalis nempe in triptotis, & diptotis, *Pl.* f. perfectis, Conſoni autem in diptotis *Dual.* & *Pl.* m. perfectis; كِتَابُ مُوسَى *liber, libri, ſ. libro, librum Moſis. Du.* כתאבאן *libri duo* كتابا - كتابي موسى *Pl.* كتب موسى *it.* مبشرو بنوا الله *vid.* 2 Par. 30. 10. pro בנון, מבשרון cum Affixis كِتَابُهُ كِتَابِهِ كِتَابَهُ *Du.* كتاباه *Pl.* كتبه كتبه كتابيه Nunnatio excidit ob Artic. אל *ut* البابُ الصغيرِ بابُ *At* أبٌ أخٌ حمٌ abjectâ Nunnatione (niſi accedat ي affixum) aſſumunt ו in *Nom.* & י in *Gen.* א in *Acc.* أباك أبيك أبوك أبو - أبي - أبا داود ſic דו in regimine (non autem aliter) *Gen.* די *Acc.* דא & פם *Gen.* פי *Acc.* פא Apud *Perſ.* ו & ی & או Conſtructionis notæ ſunt, חדאי מרדכאן *Deus mortuorum.* דרואזה דוזח *Porta inferni*, Matt. 16.18. כתאב או בדר *Liber patris.* *Maſc. Pl. Hebr. Chal. Sam.* דְּבָרִים à דִּבְרֵי מַלְכֵי עֵינֵי דברין &c. *Syr.* ܕܒܪ̈ܝ & quibus *Pl.* ין duplex *Jud.* ܡܠܟ̈ܝ *Æthiop.* abſque mutatione. *Perſis* ut antea. Hæc de *Genitivo* per Conſtructionem. *Hebr.* interdum per ל innuitur, מִזְמוֹר לְדָוִד *pſalmus Davidis. Chal. Syr. Sam.* per ד etiam *Chal.* per די ut די דויד & דדויד ܕܕܘܝܕ & ࠃࠃࠅࠃ *Æth. item* & *Arab.* per ل & *Æth.* per H: Pſal. 3. *t* ዘዳዊት: *Dativus Hebr. Chal. Syr. Sam. Æth. Arab.* formatur per ל Gen. 9.13. לנח ܠܢܘܚ ࠋࠍࠇ ለኖኅ: &c. *Perſis* per ב & בה *ib.* بدرا برا بدررا *patri, patribus.* ſæpe etiam per בא & רא *ut* *Accuſ. Hebr.* per את *Ch. Sam.* per ית ࠉࠕ *Syr. Æth Ar* per ל & abſque; ſic יָת אָדָם, ſ. אֶת אָדָם, ܠܐܕܡ אדם perinde dicas. At tam את *Hebr.* quam ית *Ch.* & *Sam.* cum junguntur Verbis paſſivis, ſ. intranſitivis ſæpe *Nominativum* notat, לא יקרא את שמך Gen. 17.5. *Heb. Chal.* at *Hib. Sam.* & *Ch. Sam* ࠉࠕ ࠀࠕ v. c. 21 5. valet *i.q.* עצם *Ipſemet*, unde *Syri* interdum per ܝܬ *Yoth* efferunt. Nec aliam requiret את ſignificationem licet inter duo nomina poſt Verbum activum ponatur. *Gerhard. v. Syr.* Hag. 2.12. *Æth.* per ለ & abſque; *Perſ.* per רא & in pentat. מר *Vocativus* autem per ה Emphaticum, הארץ *O terra*, Jer. 6.19. quod etiam omnibus caſibus præfigi poteſt. *Chal. Syr. Sam.* interdum per formam Emphat. *Æthiop.* per ኦ: *Arab.* per יא *ſ.* איהא *Ajyoha* cum *Nominat.* in *Nom.* propr. & Appellat cum אל vel cùm Nomen ſignificat rem, quam vocans intuetur, *v.* 2 Reg. 6.16. איהא אלמלך Aliâs cum *Acc.* יא רגלא *Ya razjolân, O vir.* Si quis ad opem invocetur, cum אה *ut* יא וידאה vel cum *Gen* & ל *ut* יא לזיד *Ya lazeidi.* Adjectivum *Vocativo* appoſitum, ſ. Subſtantivum per copulativam Conjunctionem ei adjunctam, indifferenter *Nominativi* terminationem habet, vel *Accuſ.* ob Affixum autem *Accuſ.* tantum; Cùm additur *mi*, ſ. *mei*, regulariter fit יא עלאמי At pro אבי & אמי interdum dcr. أَبَتِ أُمَّتِ *Vocat. Perſa* per א' efferunt. Accidit aliquando *Nominativo* permutatio cum *Accuſativo*, ut ille hujus accipiat terminationem, ob ſeqq. particulas, إنّ أنّ كأنّ لكنّ ليت لعلّ ſed neceſſe eſt, ut nihil intercedat, niſi forte Præpoſitio cum ſuo caſu; *ut* אן פי אלדאר רגלא *Inna—utique in domo eſt homo.* Item לא *non eſt*, immediatè præpoſitum Appellativo, at ſine Nunnatione לא רֵיבַ פִיהִ *non eſt dubium in eo*: at iteratum, liberè influit in alterutrum, *ſeu* utrumque; لَا حَوْلَ وَلَا قُوَّةٌ et لَا حَوْلَ وَلَا قُوَّةَ إِلَّا بِاللّٰهِ *Ablativus Hebr. Chal. Syr. Sam. Arab.* nunc per מן ſeparatum, nunc *Hebr. Chal Sam.* conjunctum, eliſo נ *ut* מִדָּבָר *verbo*; per ב Prov. 5.22. בחבלי ſæpe abſque ulla nota, c. 20.13, 17. Pſal. 93 1. & 104.2. *Æthiop.* cum እም:

Numerus eſt triplex, *Hebr. Sam. Ar. it. Chal.* & *Syr.* at his rariſſ. *Sing. Dual. Pluralis. Æth.* & *Perſ.* duplex tantùm. Declinatio eſt flexio numeri in numerum, quæ duplex, *Maſc.* & *Fœm.* (*Perſis* autem diſtinguitur per terminationes אן & הא) utriſque apud *Hebr.* duplex accidit anomalia: Prima (ָ) (ֵ) & (ֶ) penultimæ ſyllabæ, mutantur in (ְ) דָּבָר דְּבָרִים צֵלָע צְלָעִים Secunda (ֶ) ultimæ ſyllabæ, convertitur in (ִ) *ut* מֶלֶךְ מְלָכִים *Dualis* numerꝰ eſt tantùm Nominibus, quæ rem naturâ, *ut* יָדַיִם arte, *ut* נַעֲלַיִם diſtinctione, *ut* יוֹמַיִם אַלְפַּיִם geminam ſignificant: Hæc pauca ſunt. & quæ primi generis Plurali carent. Declinationi *Maſc.* apud *Chal. Syr.* & *Sam.* duplex accidit forma, Simplex; & Emphatica; hæc *Ch.* & *Syr.* in א *Sam.* in ה deſinit, אִילָן אִילָנָא ܐܝܠܢ ܐܝܠܢܐ ࠀࠉࠋࠍ *arbor*, ࠀࠉࠋࠍࠄ ſine ulla mutatione; ſæpiſſ. et. cum aliqua ſ. vocalium ſ. conſonantium, ut זְמַן זִמְנָא [illegible]

[illegible]

שְׁבִיעַי שְׁבִיעָאָה *Chal.* [illegible]

ࠔࠁࠏࠉ *Sam.* [illegible]

Dualis numerus *Hebr.* in ַיִם *Chal.* ַיִן *Syr.* ܝܢ *Sam.* ࠉࠍ *Arab.* ان יָדַיִם יְדַיִן ܐܝܕܝܢ ࠉࠃࠉࠍ سارقان *Hebr.* mutatis ferè vocalibus, ut in *Pl.* At quibus duplex (ֶ) prius mutatur in (ַ) alterum in (ִ) *Chal.* tantùm apud Dan. & Eſdr. *Syr. et.* in גברין מצרין תרתין תרין *v.* Exod. 21.22. *Sam.* ࠁࠓࠉࠍ c. 1.16. ࠔࠁࠏࠉࠍ Gen. 32.7,10 ࠐࠏࠌࠉࠍ c. 27.36. c. 41.32.

ut *Hebr.* ࠀࠍࠔࠉࠌ Exod. 21.18. ࠉࠅࠌࠉࠌ v. 21. ࠅࠍࠂࠐࠅ v. 22. *et. Du.* fœm. ࠔࠕࠉ *Duæ concubinæ*, Gen. 31.1. *Arab.* eſt abſque ulla mutatione: tantùm ה f. in ת mutatur, ut מדינה מדינתאן & ו ac י finales poſt Fatham quieſcentes, fiunt mobiles, ut פתי *puer.* فتيان Elif ſervili terminata, mutant id in ו, ut צפרא צפראואן at radicale Elif manet, ut גוא גואן niſi ponatur pro ו vel י tunc liberè manet, vel mutatur, ut רדא רדאואן & רדאיאן

Pluralis numerus apud *Hebr.* præter illas, de quibus ſupra, plures infert mutationes, quarum hæ ſunt præcipuæ, סֵפֶר סְפָרִים קֹמֶץ קְמָצִים אֹהֶל אֹהָלִים זַיִת זֵיתִים עִיר עָרִים זָקֵן זְקֵנִים חֵץ חִצִּים חוק חֻקִּים יָפֶה יָפִים Jod ſæpe excidit, ut תְּמִימִם necnon aliquando ם finitis in ים *ut* נובי הרי חורי &c. Eſt et. *Hebr.* aliquoties terminatio ין Ezech. 26. 18. איין ſic רָצִין מְלָכִין Liquorum, Metallorum, Nomina, et. propria in omnibus ſeptem linguis non ſunt tantùm ſingularia; nec illa ætatum, Pluralia, *e.g.* דמעות חלבים ברילים כספים አወደን: &c.

Apud *Chal. Syr.* & *Sam.* duplex eſt forma, Simplex, quæ fit à forma Emphatica, mutato tantùm א & ࠀ in ין ut גַּבְרָא גַּבְרִין ܓܒܪܝܢ ࠃࠁࠓࠉࠍ & more *Hebr.* ࠃࠁࠓࠉࠌ ſæpe ࠉࠅࠌ ࠀࠇࠃࠉࠌ Gen. 27.44. c. 29.20. Eſt autem *Syr.* forma ܓܒܪ̈ܐ, ܓܒܪܝܢ ܡܠܟ̈ܐ ܡܠܟܝܢ &c. quæ deſinit in ܝܢ instar *Dual.* ܬܪܝܢ ܡܠܟܝܢ Emphatica varia, גַּבְרַיָּא &c. נברין ܓܒܪܝܢ ࠃࠁࠓࠉࠀ At יְהוּדָאֵי &c. יהודאין ܝܗܘܕܝܐ ࠉࠄࠅࠃࠉࠀ ut ࠉࠄࠅࠃࠉࠌ Exod. 12.21. ࠉࠔࠔࠂ Deut. 33.19. Eſt & *Syr.* forma *Chal.* in iis quæ à Quieſcent. א derivantur, ܡܠܝܐ ܡܠܝܢ 2, in iis quibus *Pl.* in ܝܢ ܓܠܝܢ Excipe 3ª, quibus ܫܪܝܢ ܡܠܝܢ ܓܠܝܢ *Æth.* it. & *Ar.* duplex forma, Sana, illis in *ân*, his in *ouna*; ናዝራውያን: ناصرون Hâc *Æth* formantur adjectiva maſc. omnia ሐዲሳን: & Subſtantiva Actorem denotantia, ኃጥአን: Quibus eſt forma ሰማያዊ: ወላዲ: ሊትዮጵያዊ: ult. literam in ያ reſolvunt, ሰማያውያን: ወላድያን: ሊትዮጵያውያን: At ዐረጋዊ: *ſenex Pl.* አዕሩግ: & ነቢይ: *propheta* ነቢያት: *It.* ገበሬ: ገበርያን: & ገበርት: Apud *Ar. Pl.* Sanum formant potiſſimum Nomina propria rationalium, מחמדון *Mahomedes*, & Adjectiva formantia fœm. adjecto ـين cum de rationalibus prædicantur; *ut* פרח f. פרחה *Pl.* פרחון *læti.* 2, Fracta, cujus ap. *Æth.* 10 formæ, ሕዘብ: ውሉድ: አብግዕ: አህጉር: አዝማን: አብትር: ጸሐፍት: አራዊት: አርድእት: አቅማሕት: ab his *Singg.* ሕዝብ: ወልድ: በግዐ: ሀገር: ዘመን: በትር: ጸሐፊ: አርዊ: ረድእ: ቀምሕ: cujus *Pl* አቅማሓ: *ut* አዝማን: 3, & hujus *Pl.* አቅማሐት: Sic in triliteris. Quadrilitera ſunt formæ መዋዕል: መጣብሕ: ሰያልይ: ኃዋኃው: ነጣውእ: vel መሳእክት: ከዋክብት: መዋርስት: ኃጻውንት: quorum Sing መዓልት: ምጥባሕት: ሴሊት: ኅኅት: ነጢአት: መልአክ: ኮከብ: ሞረስ: ኃጺን: utriuſque formæ ከናፍር: ከናፍርት: trium ሊቅ: *doctor*, ሊቃን: ሊቃናት: ሊቃውንት: Apud *Arab.* 22 formæ

بُذُور رِجَال قُرَب حُمْر جُدُر عُرَف

أَقْمَار أَمْطَار أَوْجُه عِصَبَة قِرَدَة رُمَاة حَمَلَة ضُرَّب

جَرْحَى أَصْدِقَاء شُرَفَاء سُقْفَان غِلْمَان شَمَائِل طَوَائِف

صَحَارِي quorum *Sing.* בַּזר רַגֻל קִרְבָּה אחמר גִדאר עֻרְפָּה קְמַר מַטַר וַגה עֻצְן קרד ראם חַאמִל צארב צחראא גַריח צדיק שַׁריף סַקף עֻלאם שַׁמאל טַאיק Inter has 11ª, 12ª, 13ª, 14ª *Pl.* paucitatis vocantur, & uſurpantur cum nominibus numeralibus tantùm, ſi viz. aliud ejuſdem ſingularis plurale extet; ſi minus, etiam hæ generaliter uſurpantur, ut et. reliquæ. Multis, ſunt plures formæ עין *oculus*, 6ª, 12ª, 13ª, עבד *ſervus*, 5ª, 6ª, 18ª, בחר *mare*, 12ª, 5ª, 2ª, שאהד *teſtis*, 6ª, 15ª, & Sana נפס *anima* 6ª, 12ª עֻלאם 11, 17ª. Quadrilitera, in his formis occurrunt,

أَبَالِيس عَرَاقِيب سَلَاطِين قَنَادِيل مَزَابِل ضَفَادِع & تَلَامِذَة تَلَامِيذ أَسَاقِفَة & أَسَاقِف أَبَالِسَة quod in uſu eſt hiſce *Singg.* צפדע תלמיד אסקף אבליס ערקוב סלטאן קנדיל מַזבלה Sunt et. *Pll.* hujus formæ ab aliis *Pll.* formata, ut טפר *unguis*, *Pl.* אטפאר *Plp.* אטאפיר ab ערק *arteria*, *Pl.* ערוק *Plp.* עראיק Nomina quorum ult. quieſcit, Keſra penultimum in Fatha mutant, عَذَارَي Nuda pentagrammata abjiciunt nunc ult. radicalem, nunc penultimam, à ספרנג *cydonium malum*, ספארג ab ענכבות *aranea*, ענאכב à פרזוק *ſ.* פרזוד, פראזק à חוארן *ſ.* חורנק *id.* חוארק *faraunon*, vel cum *Fe* in penult. *Pl.* habent, פראעין Aucta v. abjiciunt ſerviles, ut מדחרג *Locus volutationis* דחארג Manet autem מ ſi ſerviat cum נ vel סת ut מנטלק, מטאלק & מסתחרג *eductus*, מחארג *Perſis* et. ut *Æth. Pl.* primæ Declinat. in אן deſinit, & ob א in fine in יאן ut بندگان ترسايان & propter ה fin. in כאן ſæpe extritâ ה ut בנדה בנדכאן & בנדהכאן *ſervi*, *Dat* & *Acc.* abjectâ particulâ רא idem cum *Nominat.* ex uſu autem facilè diſcerni queant.

Secunda Declinatio, eſt Fœmininorum, quorum *Singulari* apud *Chal. Syr.* & *Sam.* duplex eſt forma; 1, Simplex, & Emphatica. Quæ hîc deſinunt more *Maſculin.* faciunt formam Emphat. per א mutatis punctis, ut in *Maſc.* ארע ܐܪܥ ࠀࠓࠏ אַרְעָא ܐܪܥܐ ࠀࠓࠏࠀ Orta à *Maſc.* addito

תא *Sam.* ࠕࠀ fiunt Emphatica, חַבְרְתָא חבר חַבְּרָא ܚܒܪܬܐ ࠇࠁࠓࠕࠀ ܚܒܪܐ ܚܒܪ ܚܒܪܬܐ Unum מֶלֶךְ מַלְכְּתָא et. *Syris* Eodem modo Adjectiva, מְהֵימָן מְהֵימְנָא ܡܗܝܡܢ ܡܗܝܡܢܐ ܡܗܝܡܢܬܐ מְהֵימַנְתָּה Ubi nota, formam Maſc. Emphat. à forma Simplici fœm. non differre; ܡܬܪܥܝܢܐ enim Emphaticè eſt *reconciliator*, Simpliciter, *reconciliata*; Excipe tantùm, quæ formæ ܡܪܚܡܢܝܬܐ in Simplici fœm. ܡܪܚܡܢܝܬܐ in Emph. ܡܪܚܡܢܝܬܐ *merachmonitho.* רביעאה Simplex fœm. à רביעי in fœm. Emphatica fit רְבִיעָיְתָא etiam *Syr.* Maſc. דְּכֵי ܕܟܐ f. Emph. דְּכִיתָא et. *Syris* Sequentes formæ ita ſe habent, דַּעְתָּא דַּעַת *ſcientia*, ܝܕܥܬܐ ܡܕܥܐ ܣܘܓܐܐ ܐܚܬܐ ܐܚܬܐ ܡܕܝܢܬܐ ܡܕܝܢܬܐ ܫܢܬܐ ܐܡܬܐ ܐܡܘܬܐ Loco א fin. *Sam.* eſt ſemper ࠄ Atque hæc forma Emphat. *Hebr.* et. occurrit in אימתה עזרתה ישועתה Forma Conſtructa Sing. apud *Hebr.* mutat ה in ת ut צְדָקָה צִדְקַת apud *Ch. Syr.* & *Sam.* formâ Emph. redactâ ad Simplicem, א & *Sam.* ࠄ mutatur in ת ut חָכְמָה חָכְמָא חָכְמְתָא חָכְמַת ſic et. *Syr.* ac *Sam.* ותא autem & יתא in ות & ית ut מַלְכוּת קִרְיַת ſic *Syr.* & *Sam.* *Pl.* fœm. *Hebr.* deſinit in ות (ſervatâ communi mutationis lege, ut in prima Declin.) *Chal.* & *Sam.* Simplex in ן, *Syr.* in ܢ̈ Emph. mutato ן *Chal.* in תָא *Syr.* ܬ̈ܐ *Sam.* ࠕࠀ Conſtruct. *Heb.* in ות ferè ex Conſtruct. Sing. *Ch.* in ת *Syr.* ܬ & *Sam.* ut צְדָקוֹת בּוּרְכָן ܒܘܪܟܢ ࠁࠓࠊࠍ בּוּרְכָתָא ܒܘܪܟܬܐ ࠁࠓࠊࠕࠀ Lev 9.10. ܒܘܪܟܬ Ap. *Heb.* Nomina radicalia formæ שִׂמְחָה חֶרְפָּה בּוּרְכַת צִדְקוֹת *Pl.* format שְׂמָחוֹת חֲרָפוֹת non ita Heemantica מִרְמָה מִצְוָה מִקְוֶה תִּקְוָה *Pl.* מִרְמוֹת &c. ה finale excidit, טוֹבָה טוֹבִים aut compenſatur per א, י vel ו ut מָנֶה מְנָאוֹת מְנָיוֹת קָשָׁה קָשׁוֹת מַלְכוּת Quæ ſunt formæ חָפְשִׁית *Pl.* מַלְכֻיּוֹת חָפְשִׁיּוֹת Apud *Chal. Syr. Sam.* quæ ſunt formæ מלכו מרעי *Pl.* מַלְכְוָן מַרְעָיָן מַלְכְוָתָא מַרְעְיָתָא ita *Syr. Sam.* ࠔࠋࠊࠅࠕ ࠔࠋࠊࠅࠕࠀ Quæ formæ ܡܪܥܝܬܐ ܡܪܥܝܢ *Pl.* ܡܠܟܘܬܐ ܡܠܟܘܢ Quæ ܐܚܬܐ ܒܪܬܐ ܫܢܬܐ ܐܡܬܐ ܡܕܝܢܬܐ *Pl.* ܐܚܘܬܐ &c. ܡܕܝܢܬܐ ܡܕܝܢ̈ܬܐ ܫܢ̈ܝܐ ܐܡܗ̈ܬܐ *Pl.* ܐܚ̈ܘܬܐ ܒܢ̈ܬܐ ܩܪܝ̈ܬܐ &c. ܚܛܝܬܐ ܚܛܗ̈ܐ ܣܐܬܐ ܫܢ̈ܝܐ ܝܫܢܬܐ ܐܡܗ̈ܬܐ *Pl.* ܡܠ̈ܐ ܡܠܬܐ ܩܠ̈ܐ ܩܠܬܐ Forma Conſtruct. *Æth. Ar.* & *Perſis* ut in I. Declinat. Sunt Maſc. cum termin. f. *in Pl.* אב אבות *Ch.* אבהתא *it. Syr. Sam.* ࠀࠁࠄࠕࠀ & ࠀࠁࠄࠕ Deut. 24.16 ſic שמהתא ࠔࠌࠄࠕࠀ ࠔࠌࠄࠕ *Syr* שמהא & לבותא à לבא ſic אריותא פחותא אסותא רעות &c et. *Syr. Sa* cum ࠕ fin. Sunt f cum termin. *Maſc.* מלה מלים חטא חטין *Syr.* גופנא גובנא à נפתא נבתא & שבא à שבתא

Quædam in *Pl.* m. & f. cum Emphaſi, *Syr.* אבהא *patres naturales*, *ſ. carnales propinqui* אבהתא *patres ſpirituales*, *ſ. carnales remoti*: & à בסרא בסרנא de *animalibus mortuis*, de *vivis*: בסרתא *Syr.* עינא קרנא אידיא אדנא de partibus naturalibus animalium; Metaphoricè a. de aliis קרנתא אידהתא אדנתא עינתא *Syr.* ביעא *ova*, propriè, figuratè, ביעתא יומא: de diebus paucis uſque ad decem, de pluribus, יומתא idem diſcrimen inter כנפא כנפתא, צבעא צבעתא, חילא חילותא, לבא לבותא, זבנא זבנין *tempora* זבנתא *Sam.* ࠆࠁࠍࠕࠀ *vices.* ࠀࠋࠄࠉࠌ *Deus verus*, Gen. 7.7. ࠀࠋࠄࠉࠍ *Dii falſi*, Lev. 26.1. Orta à *Def.* ע in *Pl.* occultant literam, Quædam carent *Sing.* מים ܡܝܐ *Hebr. Chal. Syr. Sam.* non a. *Syr.* ܡܝ̈ܐ *Æth. Ar. Perſ.* חיים apud omnes præter *Perſ.* Duo puncta notæ *Pl.* adduntur et *Sing.* ܥܢ̈ܐ *grex*, מומתא *juramentum*, Jac. 5.12. ܡܘܡܬܐ *Ven.* Omittuntur autem ferè in *Part. B* *Æth. Pl.* f. deſinit in *ât*; qualia ſunt Adjectiva, quorum m. *Pl.* deſinit in *an*, ብዙኃት: 2, Nomina officiorum peregrina ጳጳሳት: & propria መቃብራት: 3, Deſinentia in *a*, quartæ claſſis, m. & f., ሐዋርያት: Sic & *Ar.* in את ut

مريمات فرحات

אאורך, *Disputant Talmudici, an si quis in sabbatho duo* א *hujus vocis scribat, reus fiat violati sabbathi.* T. שבת. p. 103. a. *Dn. Buxtorf. putat,* vocem esse Biblicam exempli loco adductam *ex* Esa. 45. 5. Chartæ experimentales, brevia, schedæ. *Munst.*

الطريلال. ايح v. الح *Barb.* Gingidii species. *Afrorum lingua* pes avis, *Adar n.* pes, *ilal* volucris.

ܐܝܕܘܢ m. Luscinia, ἀηδών.

ܐܒܘܣ Deus Pater *B. B.*

ܐܝܙܘܢ Sedum, sempervivum, ἀείζωον: *hujus enumerantur a B B. tres species:* prima major, secunda minor, & alia tertia. *Diosc.* l. 4.

الوسن & الاسن Ἄλυσσον. *Diosc.* l. 3. c. 105.

آل i. q. اهل v. اول

آمص & الامص Cibus ex carne vituli cum cute; *aut* jus Alficbegi infrigidatum & defœcatum, *aut* tale quid &c. *Bd. Peregr.* Caro cruda aceto imposita.

لوس. v. آس. ايم & اوم v. الامه.

ايض. v. الض. ايف & اوف v. آف.

امر & نرنر. v. الرعس. אור v. الر, ܐܐ.

ܐܐܪܝܐ *Hoc nomine olim appellata est* Ægyptus. *BB.* v. *Selden. de D. Syr.* p. 148.

אארא *Persice dici scribit B. Aruch,* quicquid juxta vel supra aliud ordine ponitur, *peculiariter* lateres. *Convenit* اجر tegula, imbrex *Aliis per nonnihil Persicum* ד *scribitur* אאדא: *v. etiam* אוירא *in* אור.

ܐܪܘܢ Arum. *B. B. i. q.* لوف *Avicen.* iitii. 377. faba Ægyptia, *de qua vi. P. Alpin.* p. 101: *sed præ omnibus fusissime Bauhin.* 2. p. 278. & T. 3. p. 766.

ܐܐܛܝܘܣ Insignis hæretici nomen. *B. . B*

אב v. אבב & אבה Sam. ࠀࠁ v. ࠀࠁࠁ.

Ch. אָב *Quintus mensis est a Martio incipiendo, nostro plerumque respondens* Julio. Esth. 3. 7. *Targ. sec. Hujus die 9. Judæi servant* תענית Jejunium *desolationis Jerusalem a Chaldæis factæ, & vesperi ante hunc diem ad* מעריב *se accingentes, calceos exuunt, candelas omnes præter unam Lectori relictam removent; sic nudis pedibus in pavimento orant, Threnosque Jeremiæ legunt. 15. die τῆ* אב *convivantur, & credunt mitigatam fuisse captivitatem Babylonicam. Schindl.*

Talmud. Est habitus, vel ornamenti muliebris quoddam genus ex pluribus constans speciebus.

Syr. ܐܒ m. Augustus, *& est ordine undecimus mensis annum ab Octobri exorsis.*

آب & أب Idem *Arabibus, Syriæ præsertim & Mesopotamiæ incolis, computo Juliano utentibus, si quando anni solaris rationem habent.* Act. 13. 25. Ti.

אבב אָבִיב m. Culmus, spica mutica, cum calamo. Exod. 9. 31. arista virens. Lev. 2. 14. *tantum dicitur de terra nascentibus, quæ vere progerminant in Oriente, præprimis* hordeo. *Hinc & nom.* mensis est. Exod. 13. 14. *qs. spicarum, novorum fructuum; nobis* Martius *aut* Aprilis, Ch. נִיסָן. *Cum* תֵּל *conficit* nomen loci. Ezech. 3. 15. *ad verbum,* ad acervum spicæ maturescentis.

אֵב m. Viror, fructus recens, virens. Germen. *aff. sing.* Job 8. 12. *Pl. const.* Cant. 6. 10. *D. Camio, quem impugnat E. Levita,* arbor, lignum: *quia omne, quod in culmum ascendit, Hebræis ita dicitur.*

Ch. אֲבַב Primum *vel* præcocem fructum produxit. *Part.* Hos. 9. 10.

אִבְּבָא אִנְבָּא אִבָּא m. *i. q.* אֵב *Heb.* fructus, proventus, Num. 13. 27. *aff.* Ezech. 36. 8. Job 31. 12. Dan. 4. 11. *Pl. emph.* 1 Reg. 6. 38. 2. Primum & principale in unoquoq; opere & arte. Gen. 4. 3. *alias* fructus *exponitur. G. F.*

אוב *Talm.* idem. *Bava Kama* fo. 81. 1. *Glos.* rami tenuiores. *sed B. Aruch. legit* חוב *v.* חבב.

אֲבִיב אָבִיב Arista. Spica. *pec.* fricabilis & esui idonea, *ut vertunt 3. Arabes, noster, Maurit. & Arab. Samarit.* Novæ fruges. Præmetium. *Meton.* grana aristæ. *per antonom.* poma. *Inde* אֲבִיבָא *i. q. Nisan,* mensis, *quo fruges τελειογονεῖται (Philo de die 7.* p. 1174.*) perfecte maturescunt.* Deut. 16. 1. Exod. 13. 4. *Rabb. præsert. Occidentalioribus* אֲבִיב *est* ver. אֲבִיבִי Vernalis. f. אביבית.

אֲבָא Saltus, Sylva. Prov. מניה וביה אבא ניזיל ביה נרגא. *Sanh. c.* 4. Ex ipsa est, & in ipsam sylvam redit securis. *In eos qui suis, unde orti, exitio sunt.* 2. Salix. *Aruch. Moed. Kat. f.* 12. 2. *Sed hodiè in Gemara l.c. non legitur.*

אַבָּב porta. v. בב.

אֲבוּבָא, אֲבוּב Instrumentum Musicum, organum, *in Ecclesiis potiss. usitatum.* Job. 21. 12. Fistula ex novarum frugum calamo confecta. *Angl.* A Fife or Pipe, Gen. 4. 21. *Aff.* Job 30. 31. *Pl.* אֲבוּבִין Jerem. 48. 36. *Hinc Lat.* Ambubajæ, *mulieres tibiarum cantu se alentes apud Interp. Suet. & Horat.* v. *Ar.* אנב.

Rabb. & Talm. est omne, quod calami similitudinem habet, ut אֲבוּב רוֹעֶה & חוּטְרָא דְרָעְיָא, *scribitur etiam* אבוב רואה Fistula, virga pastoris, *herba unicaulis.*

אִבּוּב Sartago ærea vel fictilis, foraminibus pertusa, qua aristæ vel grana recentia torrebantur. *It.* instrumentum ferreum, instar calami oblongi, quo ignis accenditur, *vel* excitatur, *vel* aliquid torrendum igni adhibetur. *Aruch.*

אִבּוֹ Avis quædam immunda, Lev. 11. 19. *Onk.* Deut. 14. 13. *in Jon. & T. Hier. redditur per* milvum, picam.

אֲבַבִית Horror, horripilatio, *qua quis friget & calet. In Aruch videtur omnino pro* frigore *accipi, ex Beresch. rab. sect. 19. & 53. Sed in* priori l. legitur חככים, *in* poster. אֲכַאכִית. *Utrumque forsan corrupte pro* חככית scabies.

אוּבָא טַנְהָא *DP.* (טַמְיָא *Munst.*) *nomen* Dæmonis *&* idoli.

Syr. ܐܒܐ Fructus. Deut. 33. 13. Cant. 6. 10.

Pl. ܐܒܒܐ Poma, Cant. 4. 13. *de mollioribus tantum fructibus dicitur, quibus nulli sunt cortices,* ὀπώρα. ܐܒܐ *B.B.* Idem.

ܐܒܘܒܐ Tibia: 1 Cor. 14. 7.

Sam. ࠀࠁࠉࠁ *i. q. Hebr.* Levit. 2. 14. *&* ࠀࠁࠁ. Exod. 9. 31. ࠀࠁࠉࠁࠄ. Mensis Nisan. Exod. 13. 4. & ࠀࠁࠉࠁࠀࠄ. Deut. 16. 1.

Æth. አበበ: *Ambarice,* Flos. *I. Lu.*

አበቢ: Fluctus, unda. አበቢ: ዘአንበለ: ወሰን: Fluctus (mare) absque litore. V. ابي.

Ar. أب *Fut. O. & I. gen.* Movit, commovit *rem. c c a. spec.* Paravit, applicuit se *corpore vel animo ad iter, stringendum gladium. c c* ل. *It. c a p &* الي *r.* 2, Tetendit in patriam: *desiderio vel ipso itinere.* Contendit *ad id, quod voluit, ad eum, illum versus.* Rem suam egit, suam instituit viam. *Et intrans.* Bene instituta fuit vitæ ratio. 3, Paratus destinatum certumque intentavit impetum, eove aggressus fuit. v. وب. 4, Optavit. *Gigg. affine est Hebr.* אבה. 5, *i. q.* هرم Fugavit, in fugam convertit. *Ka.* II. Clamavit, vociferatus fuit: *ut qui adoritur hostem.* ἄβα clamor *Hesych.* V. Irrausit, raucedine correptus fuit, eaque laboravit: *velut ex clamore.* 2, Admiratione *rei* affectus fuit. *c c* ب. 3, Pater factus est. *BB.* v. ابو.

أب *Act. Conj.* I. 2, *ipsum* propositum. 3, gramen s. pabulum quodcunque virens, & quicquid viroris terra producit *Pl.* أوب, *Consonat cum Heb.* אֵב, *Ch.* אִבָּא. *Oppon. in Cora.* فاكهة fructus; *quod hic homini, illud pecori.* 4, Pascuum, pratum. 5, Oppidum in Arab. felice.

أبّ Pagus Arab. felicis.

اداب *Act.* I. *sign.* 3. 2, i. q. أسراب

Via, ſemita. Aquæductus. *Ka.* 3, Aqua, potus. *v.* آب *Perſ. Hinc*

أَبَابٌ Fluxus ingens ſ. curſus, fluctus, unda. *Angl.* a Wave.

أَبَّةُ Pagus geminus Bactrianæ: *Superior, inferior.*

أَبَّةُ Oppidum Africæ proprie dictæ.

أَبِّي v. ابي

أَبَّانٌ Tempus idoneum. v. ابن

أَبُّوبٌ Locus herboſus. Pratum.

أَبَابَةٌ Act. I. 1. 2. 2, Inſtitutum. 3, Agendi, *aut* vivendi ratio & regula.

אבא v. אבה *&* *Ar.* ابي

ابابا Papa. *pec.* & *qs. Proprium,* Romanus Epiſcopus. *Olim & aliis inditum fuiſſe e Patribus liquet. Clem.* 8. *Apud Moſcovitas quilibet e plebe infima Miniſtrorum verbi divini vocatur* Papa. *Bd.*

اَبَابَكْرٌ vel اَبُوبَكْرٌ Califa ſ. Succeſſor Muhammedis. *Naſſar.* 21. 47.

اباب Λαιρδς. R. *forte* Λιαρδς, callidus, temperatus, ſuavis. Lenis, liquidus. *Bd.*

اَبَادُونُ Exterminator. Apoc. 9. 11. v. ابد.

אבג Syr. ܐܒܓܳܐ Claudus: *Contracte, pro* ܐܒ ܓܰܓܳܐ. *Item,* Abgarus, *regis Ruhæ nomen. Hiſt. Sarac. li.*3. *c.*3. *cujus ad Chriſtum habemus Epiſtolam Perſice ſcriptam: de qua V. Euſebius Hiſt. Eccleſiaſt. lib.*1. *cap.*13.

ܐܒܓܽܘܬܳܐ Claudicatio.

Ar. ابج *i. q.* ابد Æternitas, ſeculum.

أَبْجَدٌ Alfabetum Arab. ordine Hebræo.

אבנינוס. V. אונ.

אבד אָבַד Periit, interiit, amiſſus, ſublatus, interfectus eſt. Num. 17. 12. Job 11. 20. *Part. præſ.* Num. 26. 5. Pſal. 119. 176. *Et cum Patach.* Deut. 32. 28. *Fut.* Jer. 4. 9. *& cum tzere propter pauſam,* Prov. 19. 9. *Infin.* Deut. 8. 19. *Pih.* אִבַּד perdidit. Thren. 2. 9. *Part. Pl.* perdentes, Jer. 23. 1. *Inf.* Deut. 12. 2. *Fut.* Pſal. 5. 7. *aff.* Ezek. 28. 16. א *radicali euphoniæ gratia eliſo. Hiph.* הֶאֱבִיד Perdidit, abolevit, interfecit. Num. 24. 19. *Part.* Deut. 8. 20. *Inf.* Jer. 1. 10. *Fut.* Jer. 46. 8. *ex forma quieſcentium prima jod, cum* ה *paragogico.*

אֹבֵד m. Perditio. Num. 24. 20. Pſal. 119. 176. *ut quibuſdam placet, ex forma* שֹׁרֵק; *Aliis manet participium, ut antea.*

אֲבֵדָה f. Res perdita, *vel* amiſſa, perditio, amiſſio. Lev. 6. 3, 4. *Conſt.* Deut. 22. 3.

אֲבַדּוֹן Id. *&* interitus *ſeu* perditionis locus: *ejus nomina multa & eorum rationes V. fuſe apud Aquinatem in Lex.* Pſal. 88. 12. Prov. 15. 11. & ן abjecto, אֲבַדֹּה Prov. 27. 20.

אָבְדָן m. Id. *Conſt.* Eſth. 8. 6. *&* אַבְדַן Eſth. 9. 5. *quod aliis eſt inf. Piel cum* ן *paragogico.*

Chald. אֲבַד Periit, interiit. Jon. 4. 10. *Part. præſ.* Eccleſ. 7. 16. *Inf.* מֵיבַד pereundo. Deut. 4. 26. *cum* א *parag.* Exod. 10. 7. *Jon. Fut.* יֵאבַד Prov. 21. 28. *& cum* נ *loco* י *more Syro,* Prov. 10. 28. *&* א *in* י *mutato, ut* יֵיבַד 2 Reg. 9. 8. תֵיבִיד Pſ. 112. 10. *Pael.* אַבֵּד perdidit. Jer. 51. 55. *aff.* 2 Reg. 13. 7. *Part.* מְאַבְּדָא perdens *& mutato* א *in* י. Prov. 12. 4. *plur.* Jer. 23. 1. *Conſt.* Deut. 32. 28. *Inf.* Deut. 12. 2. *Fut.* Pſal. 5. 7. *Aphel.* אוֹבֵד הוֹבֵד perdidit. Job 11. 20. *Part.* Deut. 8. 20. *Inf.* וּלְהוֹבָדָא *&* perdere. Eſt. 3. 13. *aff.* Joſ. 7. 7. *fut.* Jer. 46. 8. *& intranſ.* peribo. Eſt. 4. 16. יוֹבִיד peribit. Pro. 11. 7. *&* יְהוֹבַד Job 4. 11. *Ithpe. part.* מִתְּבַד perditus Pſ. 119. 176. *pro* מִתְאֲבַד. *Et hinc forte legendum* יִתְּבַד peribit. Jer. 4. 9. *pro* יתבר frangetur.

אוֹבַד Perditio, *aff.* Pro. 28. 28. *&* הוֹבַד. Id Eſt. 9. 5.

אֲבֵדְתָא אֲבֵדָא Perditio, res perdita. Exo. 22. 8.

אָבְדָן Id. Jer. 12. 17.

יוּבְדָנָא אוּבְדָנָא אַבְדָנָא Id. Job 26. 6. Prov. 11. 10.

אִבּוּד Id. *Rab.* בֵּי אֲבִידָן domus perditionis, domus quæ pereat, *ſic vocarunt olim Scholas Chriſtianorum.*

אֲבִידוֹי Num. 34. 6. *Jon. Scholiaſtes ibi monet quoſdam putare legendum eſſe* אֲבִרְווֹי *qua vox Talmudica eſt, ſignificans* כָּל הַשַּׁיָּךְ לוֹ omnia ad illud pertinentia, appendices ejus.

אֲבְרוּמָא & אבדתא *vid. inf. in* אבר.

Syr. ܐܒܰܕ Periit, amiſſus eſt. Iſa. 57. 1. 1 Cor. 10. 10. *Par.* ܐܳܒܶܕ Luc. 15. 17. Joh. 6. 27. *Pl.* 2 Cor. 2. 15. Math. 9. 17. *Aff.* Math. 8. 25. *P. P.* Job 30. 2. ܐܒܝܕ ܫܘܡܐ Infandus. *Pl.* Sap. 14. 27. *Fu.* Math. 5. 29, 30. *Aphel.* ܐܘܒܶܕ perdidit, Interfecit. Math. 22. 7. Pſ. 9. 6, 7. *Par.* ܡܰܘܒܶܕ perdens. *P. P.* ܡܰܘܒܰܕ perditus. *Inf.* Mar. 3. 4. *Fu.* Math. 10. 28. *Ethtaph.* ܐܶܬܬܰܘܒܰܕ Amiſſus, perditus eſt.

ܐܒܺܝܕܬܳܐ *Pl.* ܐܒܺܝܕ̈ܳܬܳܐ Res perdita, perditio, Lev. 6. 3, 4. Deut. 22. 3.

ܐܒܕܳܢܳܐ Perditio, exitium. Mat. 26. 8. Joh. 17. 12.

ܐܒܺܝܕܽܘܬܳܐ Idem. *B. B.*

ܡܰܘܒܕܳܢܽܘܬܳܐ Deſtructio, pernities.

Sam. ࠀࠁࠃ *i. q.* Chal. Num. 21. 29. *Inf.* ࠌࠀࠁࠃ Deut. 8. 19. *Fut.* ࠉࠀࠁࠃ Num. 24. 20. *Aph.* ࠄࠀࠁࠃ: Perdidit. *Inf.* ࠌࠄࠀࠁࠃ: Deut. 7. 20. *Par.* Exo. 10. 7. Num. 21. 30. *Ithpe.* ࠀࠕࠀࠁࠃ Perditus eſt. Num. 17. 12.

ࠌࠀࠁࠃ Res perdita. Lev. 6. 3, 4.

Æth. አብደ. Inſanivit, inſanus, ſtultus fuit. Furore correptus fuit. *De canibus, lupis, &c.* Rabidus fuit. Tit. 3. 3. *Fu.* Math. 15. 22. Tit. Joh. 10. 20. IV. አእበደ: Inſanum, furioſum reddidit, dementavit. Stupefecit. Lu. 8. 29. Act. 8. 11. X. አስተአበደ: Pro inſano ſprevit: ſtultum, inſipientem reputavit. *Inf.* 2 Pet. 3. 3. *Fu.* Col. 2. 18. Rom. 2. 4. P. መስተአብድ: Qui alios inſanos reddit, ſtultis opinionibus imbuit. 2 Pet. 3. 3.

እቡድ: Furens, ferus, inſanus. Rabidus. *Pl.* ዕቡዳት: Judæ 13.

እበድ: Stultitia, inſania. Pſa. 24. 7. Pſa. 37. 5.

አብድ: Stultus, fatuus, demens. *Prover.* እምነ: ፍቁር: አብድ: ይኄይስ: ጸላኢ: ጠቢብ: Melior eſt adverſarius prudens, amico ſtulto: *I. Lu.*

Ar. أَبَدَ *Fut. I. Act.* أَبُودٌ ſubſiſtentia. Conſtitit, ſubſtitit, perennavit. *qs. contrar. Ebr.* אבד 2. (*Fut. eti.* O) ferum, a contrectatione vel conſuetudine alienum evaſit *animal*; pavidum indomitumve fugit, aufugit. *Sic conveniens utcunque cum Ebr.* v. بيد 3, *cum Be Keſrat.* Iratus, ira percitus, & *qs.* efferatus fuit, ſocietatem fugit. Feræ mores induit. *Gig.* 4, intricate (minus familiari & conſueto more) loquutus fuit. II. perennem fecit: æternitate donavit. 2, Terruit, fugacem reddidit, a conſuet. & ſocietate alienavit. V. Efferatus fuit: pavidus, indomituſve fugit. A conſuet. & ſociet. alienus evaſit. 2, Diu peregrinatus fuit. *Gig.* 3, *de loco* i. q. اقفر vacuus incolis & deſertus fuit, *& de manſione i. q.* اقام *moratus eſt, manſit:* frequentata a feris fuit. 4. lentigine *vel* maculis ex ardore ſolis affectus fuit & laboravit. *Ut quod iis, qui præter conſuetudinem deſertis in locis verſantur, & per ea fugiunt, præſertim ſub fervidiore cœlo, facile contingit.*

أَبَدٌ *Pl.* آبَادٌ & أُبُودٌ Ævum, ſempiternitas. Tempus fine carens: *uti* ازل quod caret principio. إِلَى ٱلْأَبَدِ in ſeculum. Pſal. 40. 13.

أَبَدًا unquam. Pſal. 70. 1. ſemper. Gen. 32. 28.

أَبَدٌ pro أُبُدٌ *i. q.* أَبِيدٌ, *Illudque hujus Comparat. & Superlativus eſt,* Sempiternus. Æternus. Antiquus. 2, fœtus unius anni.

إِبْدٌ Fœcunda, *ſerva vel aſina, a perennitate.*

أَبِدٌ *Serva vel aſina* fugax, immanſueta, ſylveſtris, quæ in deſerto vivit. Aſina, ancilla: *& ex his natus.*

ٱلْأُبَيْدُ *Nom.* plantæ, *forte* Sempervivum.

أَبِدَةٌ Prolifera *camela.*

أُبَّدَةٌ Hiſpaniæ Bæticæ ſ. Andaluſiæ oppidum.

آبِدَةٌ Animal fugax, ſ. pavidum, immanſuetum indomitumve. Fera: *quod ob longævitatem vulgo perennis creditur & per ſe minus mortalis.* 2, infortunium, malum ingens, *utpote in ſecula memorandum,* ægritudo. 3, Res mira, peregrina, abſtruſa, occulta, nefanda. Lev. 18. 23. Jud. 14. 12. Dan. 5. 12. 4, Hiſtoria, fabula. Parabola. *v. Perſ.* ابدة *Pl.* أَوَابِدُ. *Hinc*

اوابد, 1. اوابد ¹. الطيور ². الاشعار 1. Solivagæ aves, & neſciæ cicurari; aut doceri, *ut dimiſſæ ad locum redeant. It.* Perennes *aves in eadem permanentes regione; oppos.* قواطع, alienigenæ & peregrinæ aves, *quæ ex frigidis regionibus tendunt in calidiores, aut contra. Gall.* paſſagers. 2. Rhythmi celebres, *qs. per ora hominum paſſim vagantes: vel* incomparabiles, *qs. ab aliorum ſocietate alieni. Prov.* النعم اوابد فقيدوها بالشكر Beneficia ſunt fugacia, at ligate ea gratiarum actione.

أَبَدِيٌّ Æternus. Pro. 23. 10. f. ة *it.* æternitas.

ٱلْأَبِدَاتُ *Pl.* fœcunda bona, *ſerva, aſina, equa.*

ٱلْأَبَدَانِ Serva & equa, multæ prolis.

مَأْبَدٌ *Nom.* loci. 2, locus quivis & manſio, ubi quis ſubſiſtit.

مُؤَبَّدٌ Perpetuus. Pſ. 80. 15. *Ro.* Pſ. 104. 10.

أَبَدَ ٱلْآبِدِ، عَلَى أَبَدٍ in ſeculum ſeculorum.

أَبَدٌ 1. ٱلْآبِيدِ 2. ٱلْآبِدِينَ 3. ٱلْأَبَدِيَّةِ 4. ٱلْأَبِيدِينَ ſeculum ſeculorum.

ابدون Abaddon. Apoc. 9. 11. *Erp.*

ابد Interpretari, divinare, hariolari.

ٱلْمُوَبِّدَةُ Somniorũ Interpres *Bd. Naſſar.* 21.

אבה אָבָה Voluit, acquievit. *ccd. & plerunque addita negatione.* Pſ. 81. 12. Jeſ. 28. 12. אָבוּא *more Arab: Par. pl:* Ezek. 3. 7. *fut.* אַל תֹּבֵא ne acquieſcito, Prov. 1. 10. *ubi prima radicalis abjecta, & tertia in* א *mutata eſt.*

אָב m. Pater. *item,* author, inventor primus, Gen. 4. 20. Doctor 2 Reg. 2. 12. *id. quod Chaldais* רבי. ſocer, 1 Sam. 24. 12. princeps, herus, præceptor, patronus, nutritius, avus, proavus. *Conſt:* אָבִי *& bis* אַב Gen. 17. 5. *Aff:* Gen. 19. 34. אֲבִי *cum camets ad differentiam formæ conſt. pl.* אָבוֹת patres, majores quilibet. Deut. 24. 16. *conſt.* Exo. 10. 6. *Aff.* Pſal. 39. 13. & 106. 6. *Hinc comp.* אבימלך *nomen commune omnibus regibus Philiſtino-*

ſtinorum, qui tamen ſinguli ſua etiam habebant nomina, ut Abimelech *tempore Davidis vocabatur* Achis. *conf.* Pſal.34.tit. *cum* 1 Sam.21. 12,13.

אֲבֶה m. Voluntas, deſiderium. Job.9.26. navibus אֵבֶה i. e. velocibus, *R. David. Aliis* nomen loci, *aut* fluminis. *Alii tanquam ab* איב *de* inimicorum *vel* piratarum navibus *exponunt.*

אֶבְיוֹן m. egenus, *qs.* deſiderans, *q. egeno eſt ſemper deſiderium. R. Salom.* Pſal.82.4. *Aff.* Exo. 23.6. *pl.* Pſal.72.13. *conſt.* Exo.23.11. *Aff.* Pſal. 132.15. *Hinc* Ebion *Hæreticus,q.d. mentis* inops.

אֲבִיּוֹנָה f. Appetitus, concupiſcentia, Eccleſ. 12.5. *Aliis*, coitus, *vel* membrum, *vel* deſiderium ejus. 70. ἡ κάππαρις, *quaſi legiſſent* אביונה *Pl.* אביונות baccæ capparis, *quæ cibi appetitum irritant & inſtigant Venerem. Avic.* ijtij 141. *v.* אבי.

אֲבוֹי Heu, eheu, papæ, Prov.23.29. *aliis*, egeſtas, penuria.

אָבִי Ah, o, *optandi interjectio.* Job. 34. 36. *Aliis*, voluntas mea, Pater mi.

Chald. אֲבָא & אֲבֵי voluit. *cum negatione ſemper uſurpatur.* Exod.10.27. Deut.25.7. *Fu.* יֵיבֵי Deut.29.20. *It.* Potuit. 1 Sam.17.39.

אַב Pater &c. *ut Hebr.* Prov. 4. 1. Jer. 31. 9. *emph.* Ezek.18.20. *conſt. cum patach.* Gen.17. 4. *Aff.* Gen. 31. 1, 14. 2 Sam. 6. 21. *plur.* אֲבָהָן Exod. 20. 5. *emphatic.* Num. 36. 1. *conſt.* Exod.10.6. *Affix.* Gen.47.9. & 48.21. אבא *Tal.* principale, generale, *alias* תולדות i. e. *ſpecies ſub ſe continens. Eſt & nomen ejuſdem honoris cum* Rabbi.

אִיבָּא Id. Gen.28.21. Jon.*aff.* Num.30.7.

Syr. ܐܰܒܶܗ Patrem fecit. *Ithpeal.* ܐܶܬ݂ܐܰܒܶܗ Pater factus eſt. *B. B. Ethpa.* ܐܶܬ݂ܐܰܒܰܗ Id. *F.*

ܐܰܒ݂ܳܐ *cum puncto infra*, Pater naturalis, *ſeu*, carnalis. *Pl.* ܐܰܒ݂ܳܗܶܐ Math. 23. 30. 32.

ܐܰܒ݁ܳܐ *punct. ſupr.* Pater ſpiritualis. Act. 7. 2. *Pl.* ܐܰܒ݁ܳܗܳܬ݂ܳܐ *Eſt etiam* naturalis 2 Par. 25.28.

ܐܰܒ݁ܳܐ ܕ݂ܢܽܘܗܪܳܐ Pater luminum : *dicitur de Deo, de Sole, & de Prophetis.* ܪܺܝܫ ܐܰܒ݁ܳܗܳܬ݂ܳܐ Act. 2.29. Patriarcha.

ܐܰܒ݁ܳܗܽܘܬ݂ܳܐ Paternitas ſpiritualis : *aliquando (ſed minus accurate)* naturalis : *cum puncto infra*, naturalis, *ſeu* carnalis *tantum.*

ܐܰܒ݂ܝܽܘܢܳܐ Miſer, pauper.

Sam. ࠀࠁ Pater *pl.* ࠀࠁࠄࠕ Exod. 12. 13.

Æth. አብ ፡ Pater. Math. 10.21. አብ ፡ Honoris *nomen, ut Hebr.* Dominis, viris eruditis, epiſcopis, *&c. tributum* Marc.14. 36. አብ ፡ Domine : *Vocat. cas. It.* Prior, Abbas. አብ ፡ ምኔት ፡ Prior, *vel* Abbas monaſterii. *It.* Materia, *ſi de rebus maſc. gen. dicitur ; ſi de rebus fœm. gen.* እም ፡ *vocatur. Res qualibet, unde aliæ* originem, *vel* cauſam *ſuam trahunt, ut* Autographum, *vulgo* Originale. አብ ፡ ደም ፡ Homicida. Num. 35. አብ ፡ ንጉሥ ፡ *Titulus Regis in formula* ሕየው ፡ አብ ፡ ንጉሥ ፡ Vivat Rex. *Cum aff.* አቡ ፡ Math. 10. 32.33. አቡነ ፡ Metropolita *Æthiopiæ ſic dicitur. Pl.* አበው ፡ Luc. 1. 17. *cum Aff.* Act. 3. 13.

አብ ፡ ጕንብሕ ፡ Caſuarius, *avis.* Deu.15. *I.Lu.*

Arab. أَبَا *Fut. O.* Pater fuit, *abſolute.* 2, Parentem ſe illi præbuit ; aluit, educavit, nutrivit. *cca. Act.* أُبُوّ & إِبَاء pro أُبُوّ, educatio. II. Appellavit patrem. *cca. Act.* تَأْبِيَة appellatio patris, cum quem vocamus patrem. V. Patrem aſcivit, pro patre habuit. *cca.*

أَبٌ, *loco* أَبَوٌ, Pater. *Du.* أَبَوَانِ, أَبَانِ, Parentes, pater & mater. *Pl.* آبَاءٌ, أَبُونَ, الأَبْوَاءُ. *anom.* ابوات *Sch.* أَبَهَاتٌ (forma Chald. *Horol. Greg.* 57. *Bd.*) Patres, Majores. Act. 3. 22. رؤس الآباء Capita Patrum, i.e. Patriarchæ. الآباء الرسل Primi, maxime excellentes Apoſtoli. *in tit.* Act. N. T. *Erp.* p.297. *Pec.* ii, qui proxime poſt Chriſti tempora vixerunt. *Cum aff.* Matth. 6. 9. Pſ. 43.2. Pſ.77. 3. Pſ. 105. 6, 7.

أَبَتِ *Cor. azoar.* 19. 40. (Poetice أَبَاهْ, أَبَاتِ, أَبَتَاهْ) & أَبَتِ pro أَبِي Gen. 27. 18. 34. أَبِي v. 38. Pater mi. أَبَهْ Matth. 11. 26. Joh. 17. 1. 21. 25. أَبَهْ v.5. 24.

أَبِيّ pro أَبَوِيّ, ם. Paternus,a.Gal.1.14.

أُبَيّ pro أُبَيْو Paterculus.

أُبْوَى & الأَبْوَاءُ Nom. propria loci.

أُبُوَّة Πατριά. Familia paterna. Jerem. 2. 4. c.3. 14. v. *D. Dieu* Eph.3.13. *Erp.* tribus, Luc. 11. 4. *Erp.*

أَبَا v. وبو & وبا.

أُبُوَّة *Act.* ☉ أبو, Patrem fieri, *vel* eſſe. 2, ipſa paternitas, cognatio.

اب *Sæpe pro* ذو *uſurpatur,* ut: ابو شوارب myſtacibus præditus : *longiores habens barbæ alas : nam plerumque intendit & auget.*

Aliud poſt ſe nomen regens ſ. Proprium ſ. Appellativum Metonymiæ genus conſtituit, quod frequentius uſurpatur ad deſignanda nomina alia, tum Propria, tum Appellativa. e. g. أَبُو

1. عَبْدِ اللّٰهِ 2. يَحْيَى 3. يَمَنٍ
4. مُرَّة 5. الفَضْلِ 6. الجُودِ 7. الفِدَا
8. الكَمَالِ 9. المَرْأَةِ 10 جَعْدٍ 11. طَالِب
12. اليَقْظَانِ 13. الحَيَاةِ 14. الشِّفَاءِ
15. منصور

Propria, ut : Pater 1, *Abdalla*, Muhammed. 2, *Jahja* i. e. Angelus Azrael, *qui animas corpore ſolvere & Mordad qſ. mortis dator a Perſar. Magis dicitur.* 3, *Jemen*, i. e. *Arab. felicis*, Jarach fil. Joctan ; *quia Joctanidæ, de quibus,* Gen. 10. *Arabiam felicem habitarunt.* 4, *Amaroris*, Satan. *Ejuſmodi Metonymiæ petitæ a virtute vel laude, ipſis nominibus propriis ſubjungi ſolent : quod præſtantium virorum ſit honori ; uti,* Pater 5, Excellentiæ. 6, Beneficentiæ. 7, Redemptionis, *&c. Hic mos aliquando ita invaluit apud Magnates, ut proprium nomen detrectarent ; Quales Ommiadæ Principes erant, ſolo excepto Omare. Hiſtor. Sarac.* Appellativa, *rationalia*, ut, Pater 8, *complementi*, Compotor. 9, *Mulieris*, Maritus : *& irrationalia, tum rerum animatarum*, ut, Pater 10, *criſpi crinis*, Vulpes. 11, *petentis*, Equus. 12, *vigiliæ*, Gallus ; *tum inanimatarum* ; ut, Pater 13, *vitæ*, pluvia. 14, *ſalubritatis*, Saccharum. 15, *defenſi*, Urbs. *In ejuſmodi fere omnibus nomen* اب Pater *denotat* Originem, Inſtrumentum, Excellentiam, Poſſeſſionem, ſtudium, aut ſimile quid.

لَا أَبًا (أَبَ, أَبُ) لَكَ لَا أَبَكَ, لَا أَبَاكَ

Form. laudandi Euge. *It. bene precandi*, Macte, haud dubie : *qs. non opus eſt, vel ne opus ſit, ut patre nitaris, vel glorieris.*

لِلّٰهِ أَبُوكَ مَدْحٌ Deo Patri tuo laus. *Form. Conceſſionis. Gigg.*

I. أَبِهَ & أَبَهَ *Act.* أَبْهٌ Recordatus fuit rei, poſtquam e mente excidiſſet. *cc.* ب & ل. *unde Paſ.* لا يُوبَهُ لَهُ Non ſuccurrit illi ; in mentem non venit. 2, Animum advertit : attentus, excitatus fuit : *qs.* نبه *Act.* أَبَهٌ 3, Cognovit, ſcivit. ما ابهت له وما علمه Non novi illum : nec mali, nec boni quicquam mihi cum illo interceſſit. ب *Gigg.* II. *Tranſit.* I. 4, Permiſit. *cc.* . 2, Magnificavit : honore ac veneratione coluit. *cca.* V. Extulit ſe, ſuperbivit : magnifice de ſe ſenſit. 2, Dedignatus fuit : præ dignitate eximium ſe & alienum geſſit, *cc.* عن. 3, Inobſequens, & inſolens fuit.

أُبَهْ Dedecus, opprobrium. v. وأب

أَبَهْ *pro* أَبَحّ, Raucus. v. بَهْ

أُبَّهَة (& أُبْهَة) Magnificentia, ſplendor, gloria, potentia. 2, Jactantia. *Gigg.*

أَبَهَات & ة *loco* ت Patres. *Pl.* v. ابو.

ابهل Bacca Sabinæ. *Avicen.* ij. t. ij. 5.

الابهل الاصغر Sabina minor, *forte* altera *Dodonæi. v. Bauh.* To. 1. l. 9. c. 21.

אבו. Ch. אבו. v. אבב.

אַבְוּרְנְקָא. v. *in* כור.

אַבְוִין Ligones, vomeres. Eſa. 2. 4. *Targ.* v. *Schindl.*

Syr. ܐܘܒܘܠܘܣ Obolus. *v.* & ܐܒܠ

ܐܒܦܐ Rallum, *quo vomer raditur, & inhærente terra liberatur. It.* Trulla cæmentarii. 1 Sam. 13.21.

Æth. አበዊ ፡ Nilus, *propter inundationem ejus.* v. *Ar.* اباب

ابو Pater. v. אבה

ابوجلسا, Anchuſa, lactuca aſini. *Avicen.* ijtij. 19.

אבז Ch. אבוקרת v. בוק. אבזור & אבזרא v. אבר.

ܐܒܙܐ v. ܒܙ. ܐܒܙܘܣ v. ܒܙܘܣ.

Ar. أَبَزَ *Fut.* I. *Act.* أَبْزٌ, أُبُوزٌ Aſſilivit, ſubſilivit *in curſu dorcas.* 2, Subſtitit inter currendum, deinde incitatior progreſſus fuit *homo.* 3, Irruit, impetum fecit. 4, Mortuus fuit derepente ; *qs. uno obrutus inſultu.* 5, Injurius in illum fuit : inique tractavit ; *velut* inſultavit illi. cc ب v. & ابس.

أَبُوزٌ, أَبَّازٌ, أَبِزٌ, *Ag.* ſubſiliens, ſubſultans.

أَبْزِيّ, idem. 2, aſſultus ipſe.

أَبْزَارٌ, *Perſic. pl.* أَبَازِيرُ, Quicquid aromatum, ſ. olerum (*ut* radicum, herbarum) cibo inter coquendum addi ſolet. 2, Peculiaris planta in locis frigidis & paluſtribus creſcens, aſparagi forma & qualitate acris. *Sed* ابزار القطة *Tunetanis & Africæ propriæ incolis dicitur* Sempervivum minus.

ابزان Tina, Solium Lavacri. *Avic.* iij. f.16. t. 4. 10. V. بزن

אבח אִבְחָה f. Ezec. 21.15. *Mire ſe torquent hic Judæi (ut & in dictionibus ἅπαξ λεγομένοις, qualis iſthæc, fere omnibus) de genuino hujuſce vocis ſignificatu, eum ab aliis radicibus haud parum remotis, ut* נבח, טבח, בעת *(unde* Terrorem, Mactationem, Strepitum, Clamorem *vertunt ; alii* Cuſpidem *) ſatis inepte petendo. Planiſſime* *convenit cum* اباحة *&* Exterminium *significat; Ex uſu Æth.* Poteſtatem gladii. *MS. Seld.* المسلول evaginatum *vertit.*

אבחטם Aſinus. *Tal. Hieros. Kilaim.* c. 8.

Æth. አብሐ: Permiſit, conceſſit. Matth. 15. 31. ዘአብሐ: *Imp.* c. 8. 21. *Miſſ. Æth.* p. 167. *i. q.* Ar. ابح.

Arab. أَبَاحَة Exterminium. 2 Macch. 26. 6.

convenit cum استباح Extirpavit. *V. Ar. ſub* בוח.

ابخ v. وبخ.

אבט Ch. אַבַּטָּא אֲבַט Uter ex corio, *aliis* Pepo, cucurbita; *aliis i. q.* עבט matula, *aliis denique* hypocauſtum.

אַבְטָאוֹת *ſic in Aruch; in Gemara* אמבטאות cupæ balnei.

אבטיונא *&* אבטיונס Præfectus.

אבטיליות & אַבְטִילָאוֹת Villæ, Provinciæ, Civitates magnæ mœnibuſque munitæ. *Aliis,* loca paludinoſa, magnæ piſcinæ.

אַבְטִינָס Nomen viri cujuſdam, ex cujus familia orti ſunt periti ſuffitus aromatici confectores. *Vid. L'Empereur C. Mid. pag.* 3. *& Sheringh. C. Jo. p.* 5. 15.

אבטיח *vid. in* בטח.

Æth. አብጥሊስ: Canonem *Græca lingua ſignificare aiunt Æthiopes; videtur eſſe per Apocopen* ἀποτέλεσμα. *Pl.* አብጥሊሳት: *I. Lu.*

Ar. II. أَبَّطَ, *pro* هَبَّطَ, Demiſit, dejecit *eum Deus.* V. Sub axillis poſuit, *vel* geſtavit. *cca.* amplexus eſt. R. *It.* pallium, aliamve veſtem ſub dextrum brachium demiſſam rejecit in humerum ſiniſtrum; *ut dextri brachii liberior & expeditior eſſet uſus.* VIII. Planus, æquabilis, & quietus fuit. 2, *per Antiphr.* Moleſtiam concepit: ægre habuit *animus ejus,* & commotus fuit. X. Fodit terram profundius; *&,* ita ut crypta ſuperiore ſui parte anguſta, inferiore lata eſſet. *cca. Cellæ in modum; ad condendas fruges, vel capiendas feras. Forte ob quandam cum axilla ſimilitudinem figuræ.*

إِبْط c. Axilla. Locus & interior pars ſub ala. 2, Tenuior arenæ pars. Quod a majoribus arenarum cumulis diviſum in planitiem vergit. *qs. d. arenaceorum collium alam. Per ejuſmodi a. partes in arenoſis deſertis longior quidem, at commodior, tutiorque ducit via.* 3. Locus in Arab. provincia Jemama. *Du.* ابطان. ابطين. *Pl.* آبَاطٌ. *Metaph.* اباط الامور Ambages rerum.

إِبَاطٌ Quod ponitur ſub axilla.

إِبْطِيّ Axillaris. *cum* عِرْق, vena axillaris.

موبط Fœtentes habens axillas. *Bd.*

تَأَبَّطَ شَرًّا *Aptoton, verbi forma.* (*Du. formatur præpoſito* ذوا. *Pl.* ذوو) Malum portat ſub axillis. *Eo velut cognomine appellatus fuit Tabit fil. Zabir Fahmæus; quod perpetuo ſub axillis ferret arcum, pharetram & enſem, magni inſtrumenta mali. Fuit hic unus ex fortioribus Arabum Heroib. pedeſtri certamine inclytus. Ita adagio, vir* intrepidus vel formidabilis *vocatur* تأبط شرا *Hinc denomin.*

تَأَبُّطِيّ. *It.* Intrepidus. Timendus.

אבי Ch. אַבַּיֵי Cognomen R. Nachmanis, *qs.* Patritius.

אֲבִיוֹנוֹת Baccæ, minuti arborum fructus, *ut lauri, olivæ, corni, myrti, &c.* Capparis.

אֲבִית Nomen loci, vel portus. *G. Fr.*

אֲבִיתָאִי Apud me, penes me. *In Zohar.*

Æth. አበየ: Recuſavit, noluit; ſprevit. Tit. 3. 10. Pſal. 108. 16. ዐበየ: Act. 7. 38. *Imp.* 1 Tim. 4. 7. *Aff.* 2 Tim. 2. 23. c. 4. 3. *fu.* Heb. 12. 25. V. ተአበየ: Diſcordia, ſchiſma, diſſenſio facta eſt. 1 Cor. 12. 24.

አቡያን: *Pl.* Refractarii. Jac. 4. 6.

አበይ: Urbs Ægypti.

አበየ: v. ዐበየ:

Ar. أَبَى *Fut. A. & I. Act.* إِبَاءَة Recuſavit, noluit, detrectavit. *cc.* على *vel* ان. Gen. 37. 35. Ex. 7. 14. c. 8. 2. Neh. 9. 17. Matth. 18. 30. *Et* Averſatus fuit, faſtidivit, abhorruit. *cca. Contrar. Ebr.* אָבָה *Hinc form. bene precandi Regibus apud Ar. paganos:* ابيت اللعنة Avertiſti diras, *aut* maledictionem. *qs. d.* nihil ſiniſtri eveniat tibi, aut ipſe geras, propter quod male audias. 2, Pater fuiſti ابيت *pro* ابوت. 3, *Intranſ.* difficile & impeditum fuit *negotium cc* على p. 4, *cum Keſra* ـِ *Be,* Ablactatus faſtidivit lac *pullus camelinus.* 5, *Intranſ. cum Phata* ـَ *Be,* odore exploravit urinam capræ, & morbum inde contraxit *hircus, quia hoc cum faſtidio conjunctum.* 6, *In paſſ.* Abruptus, finitus fuit: ulteriore parte *ſ.* termino deſtitutus fuit. *qs. transitum negans. Hinc* بحر لا يوبي Mare interminum & immenſum. II. *In 1. p.* Appellavi patrem. IV. Nauſeam movit, faſtidio affecit. *ccga.* V. *i. q.* I. Noluit, recuſavit, renuit. *cc.* على.

أَبَا *Act. ſignif.* 1. & 4.

إِبَاء *Act. ſign.* 4. *It. Coll. Unit.* (أَبَاءَة, Arundo una.) Arcis agger. Arundines, *qs. impedientes tranſitum.* Extremitates arundinis: Arundinetum, *ac* Papyretum. Lacunæ. 2, Morbus ſ. affectus hirci *ex ſign.* 5. I.

إِبَاء *Act. ſign.* 1. Inobedientia, pertinacia. 2, Interceptio & retentio aquæ.

أُبَيّ *Nom. Propr.* 1. Viri, fil. Giafaris Tahramitæ. *It.* Ducis cujuſdam Nabathæi, fil. Samigan. 2. putei cujuſdam Medinenſis, qui Carizitarum fuit. 3. fluvii inter Cuſam & fluvium Beni Mucatil, quem fodit Abba fil. Samaani, rex Nabathæus; & alterius, in Babyloniæ regione meantis per campos & paludes Waſith.

أَبِيّ, Nolens, renuens, faſtidiens. Refractarius, averſus. *Et* أَبِيَّة fœmina talis, *pec.* non admittens & reſpuens marem. *dicitur de homine & brutis. Pl.* أَوَابِي, Camelæ juniores, etiam quinquennes, quoad nondum paſſæ admiſſarium. *ſpecial.* Hircus odorem urinæ caprarum faſtidiens, & ex eo male habens. 2, Difficilis, inacceſſus. 3, *Paſſ.* faſtiditus, deſpectus. *Illinc eſt determinatum articulo*

الأَبِيّ Leo. *qs.* Inobſequens, inacceſſus. 2, Cognomen ſ. Nom. Prop. viri; *ut:* Muhammedis fil. Jacobi, *cujus teſtimonia quædam in Suna allegantur.*

آبِي اللَّحم Propr. viri, ſocii Muhammedis: *quod faſtidiret carnes, ita dictus.*

أَبْوَان, آبِي, *pro* آب Detrectans, nolens. refractarius. Faſtidioſus. *Inde* تيس اب Hircus faſtidiens, faſtidium monſtrans cum odoratur capræ urinam. *Eſt & proverb. dicterium in eum, qui quidvis faſtidit.*

إِبَاء, Faſtidium, nauſea. Potio ad ſaturitatem. *Gigg.*

أُبْيَة Retentio & interceptio lactis in mammis.

أُبَّيَة Superbia. Magnitudo, magnific… *qua quis faſtidit alios, & præ ſe con…temnit.*

أَبْوَاء Hircus ex odore urinæ male habens. …

Patres. *ab* ابو.

دير ابيون, ابون Nom. Monaſterii … Meſopotamia. … *arx, magnumque ſepulchrum extat, quod No… eſſe ferunt: qs. Ch.* אֲבוּנָא *vel* אֲבָאנָא Patr… noſtri.

مَأْبِي, *f.* مَأْبَاة, A quo quis abhor…ret, res ingrata … faſtidita, *ut aqua fœtens.*

أَبْيُون Opium. V. افين.

אבך *Unde* הִתְאַבֵּךְ *Vox cujus vera Interpretatio, ejus ſaltem ratio, pleriſque Judæorum minus cognita videtur, atque perſpecta. Apud Syros in hunc uſque diem retinetur ejus uſus & ſignificatus, quem tamen hoc in loco etiam iſte Interpres non eſt aſſecutus. Eſt a. his (teſte B. Bahlul) i. q.* ܐܬܢܘܟܠ & ܐܬܥܠܥܠ Faſtuoſe incedere, *pec.* inſtar bicriſtati galli, ſuperbire, gloriari, jactare. *Convenit cum Gr.* Ἀβιάχομαι, αὐχέομαι, *nec non cum Armen. atque Iber.* Aumagli, *&* Habert. *Hinc unicus ille in quo occurrit locus,* Iſa. 9. 18. *ita forte non inepte vertendus,* ויתאבכו & ſuperbient (faſtuoſe ſe gerent) … ſuperbia (*vel quorum* ſuperbia) fumus; *h. e.* fumi *inſtar evaneſcet, interibit; quod etiam Armenis indigitat iſtud vocabulum,* Abac.

Syr. ܐܒܟܐ Gallus gallinaceus, ſuperbo gradu incedens, & bicriſtatus. Prov. 30. 31. *Aliis,* Aries, *&* ܐܒܟܐ *inquit B. Bahlul: Vox cujus mihi nondum reperta eſt ſignificatio; forte i. q.* ܐܒܓܠ Cameluſ.

Ar. أَبِكَ *Fut. A.* Multa carne præditus, carnoſus fuit. *Dicitur etiam de* ſtolido. Unde formula: انه لعفك ابك Eſt pinguis ſtultus. *v.* Deut. 1. 10. *An. Sam.*

مَأْبُوك, أَبِك Carnoſus; inſipiens. *Ka.*

أَبُوغَالِبْسِيس *Erp.* ابوغالبسيس Ἀποκάλυψις Apoc. 1. Tit.

אבל אָבַל Luxit, *ob rei charæ amiſſion… aut quodcunque adverſum;* doluit, *& animo … externa forma: conſiſtit a. luctus* 1. *in v…* 2. *in veſtitu,* 3. *in jejunio,* 4. *in voce ſeu fl… In Kal ſemper* Neutrum. Hoſ. 10. 5. Joel 1. … Job 14. 22. *De inanimatis,* Periit, deſolatus … Iſa. 24. 7. *fu.* Jer. 4. 28. *Hiph.* הֶאֱבִיל Lugere fecit, luctum attulit. Ezec. 31. 15. Thr. 2. … *Hithp.* הִתְאַבֵּל Fecit ſe lugere *c c* על *vel* … 1 Sam. 15. 35. *Im.* 2 Sam. 14. 2. *Fu.* Neh. 1. 4.

אָבֵל m. Lugens. Gen. 37. 35. *Con.* Pſa. 35. 14. *Pl.* Iſa. 61. 2. *Con.* ver. 3. *Aff.* Iſa. 57. 18. Thren. 1. 4. *Eſt etiam proprium nomen loci, unde in regimine (pro more hujus linguæ) puncta non mutantur.* Gen. 50. 11. Jud. 7. 22. … 1 Sam. 6. 18. אבל *juxta* 70. Targ. Ch. Honain apud B. Bah. & R. Sal. *pro* אבן *ponitur;* … לשכה *alibi i. q.* נשכה: *Sic una voce indigitatur tam locus, quam luctus. Aliis eſt* Planities.

אֵבֶל m. Luctus. Gen. 50. 11.

אֲבָל Attamen, quinetiam, inſuper. Certe. Continuationem & aſſeverationem priorem ſignificat. Gen. 17. 19.

Ch. אֲבֵל Luxit. *Ut in Heb.* Thren. 2. 8. *Ithpa.* 1 Sam. 15. 35. Gen. 37. 34. *Par.* 1 Sam. 16. 1. Job 14. 22. *Im.* 2 Sam. 14. 2. Ezec. 7. 27.

אֲבֵלָה Lugens. Gen. 37. 35. *Pl.* Thren. 1. 4. *Con.* Iſa. 61. 3.

אֶבְלָא Luctus. Gen. 50. 10. *Emph.* Gen. 27. 41. *Aff.* Iſa. 60. 20. *Hinc* Abolla, tragica veſtis, *de qua Athenæus, lib.* 12. *Deipnoſ.*

אֲבֵלוּת *Per Apocop.* אבלו Idem. Eſth. 9. 2…

הלכות אבל Ritus de luctu; de quibus prolixe agunt Rabb.

אוּבְלָא Idem, Gen. 7. 10. Tar. Hieroſ.

אֲבָל Certe, &c. ut Hebr.

אֲבוּל, אובלא, אובלאי & איבולי Horreum, granarium. Pl. Jer. 50. 26. qs. a יבול proventuum locus.

אֲבוּלָא Porta. Deut. 28. 52. Targ. Jon. ubi הבוליכון per כ loco ב. Pl. אבולאי Gr. ἀβολεῖς, Valla, munimenta. Joma f. 11. It. אבולא Pl. בלאי Gr. βηλός. Limen domus. Nedar. f. 41. C. L. אבולאי Pl. Janitores. Tal.

אֲבוּלִין Duces, Magnates, divites: Majoris erant authoritatis quam Stratega, & nomine Regis pleno jure ſcripto mandabant, ut hæc & illa fierent. v. בולי.

אַבְלָא Cooperimentum dolii, aut alterius rei. D. P. Inſtrumentum perforatum, ſub quo ponitur ſulphur ad dealbandos pannos. Sanctes.

אַבְלִינָא ἔβελος, vel ἔβενος, Lignum ſpiſſiſſimum ac graviſſimum, cariem non ſentiens. C. La. Huic affine Abelicea, arbor de qua v. Bauhin. H. Plan. 1. li. 4. c. 37.

אַבְלוֹנִית Nomen loci, in Breſhith rab. c. 23.

אַבְלוֹסְמוֹס Saccus coriaceus durus. At pro eo Tal. Sebhachim f. 94. 1. leg. או כלי מומות quæ veniunt ex urbibus maritimis: Proinde aliud eſt. Bx.

אובל Rivus. v. יבל.

Syr. ܐܶܒܰܠ Triſtatus eſt. P.P. ܐܒܺܝܠ Lugens. Gen. 37. 35. Eſt. 6. 12. Pl. Mar. 16. 20. Ethpe. ܐܶܬܐܒܶܠ Triſtatus eſt. 1 Sam. 15. 34. Fut. Apo. 18. 11. Par. 1 Sam. 16. 1. Ethpa. ܐܶܬܐܰܒܰܠ Gen. 37. 34. Luc. 6. 25.

ܐܶܒܠܳܐ, ܐܰܒܠܳܐ, ܐܰܒܺܝܠܽܘܬܳܐ Luctus, triſtitia. 1 Cor. 5. 22. Jac. 4. 9.

ܐܽܘܒܠܳܐ Grex, agmen, pec. Camelorum. Iſa. 60. 6. It. Caterva, cœtus. Pl. ܐܽܘܒܠܶܐ.

ܐܰܒܽܘܠܳܐ Idem. B. B. Etiam ܐܒܘܠܐ v. ܐܒܘܠܐ It. ܐܒܘܠܐ Veſtibulum.

ܐܒܽܘܠܳܐ Porta. ܐܒܘܠ Gr. ὀβελός, obeliſcus, nota, quam Origenes in Hexaplis ſuis appoſuit ad ea quæ 72. Interpretes de ſuo addiderant, in interpretandis Bibliis.

Æth. አበል : Membrum, Jac. 3. 5. & አበል : 1 Cor. 12. 26. Eph. 4. 25. Pl. አባላ : c. 5. 30. Conſt. 1 Cor. 6. 15. Aff. Rom. 7. 23.

መአበል : & መዕበል : Fluctus, unda. Act. 27. 15. Aff. Pſa. 41. 10. Con. Act. 28. 4.

አበሊ : Obolus, pars ſicli, Levit. 27. 15. I. Lu.

Arab. أَبِلَ Fut. I. Act. أَبَلَ 1, & 6, ſign. Copioſi fuerunt cameli. Multos poſſedit vel acquiſivit camelos. 2, Fut. O & Præt. I. Virentis pabuli ſucco expleverunt vicem potus cameli, cervi, damæ, &c. graminis humore, ceu aqua, rigati fuerunt. qs. بلل & ſine paſtore paſti, aut vagati fuere, noctu & interdiu, cameli. Et velut efferi aufugerunt. qs. ابد Act. أُبُول 2, 3, 4. ſign. 3, Præt. A. Longum evaſit gramen, ut potuerit depaſci a camelis. 4, Conſtitit loco ac ſubſtitit camelus. qs. ابد. 5, Commiſit ei deditque paſcendos camelos. cc g a. 6, Præt. A. Fut. O. it. Præt. & Fut. I. Rei camelariæ gnarus fuit. In regundis, paſcendis, curandis camelis verſatus, ſollers & diligens fuit. Pavit camelos. ابلا بجهور Diligentia & cura ſufficiente. R. 7, In camelo bene & eleganter inſedit, quamvis inequitare neſciverit. 8, Percuſſit fuſte, pro وبل. 9, Abſtinuit vir a conjugis congreſſu, vel jucundiore conſortio, lugentium more, qs. ab Hebr. אבל. Act. أَبَالَة. 10, Vicit & abſtinuit. 11, Lorica inſtruxit, ſepſitque puteum. cca. II. Comparavit ſibi camelos, fœtura vel aliter. 2, Pinguefecit. 3, Paſſ. Dives camelis fuit. 4, Luxit, deflevit mortuum. cca. V. i. q. Conj. I. 2, Virenti gramine paſti ſuperſederunt potu cameli vel feræ. It. ſignif. 1, Acquiſivit camel. 9, Temperavit ſibi a conjuge. A conjugio abſtinuit; & Cœlibem duxit vitam.

Luxit Adam occiſum Abelum. cc تأبّل qs. Hithpael Ebr. אבל. VIII. Minus firmiter aut compoſite equitavit in camelo. Non inſtitit, nec intentus fuit paſcendis camelis; neglexit eos.

إِبْل & إِبِل f. Collect. ſine Unitat. Cameli. ſ. ipſum camelorum genus. Camelus. Marc. 1. 6. duos habens gibbos. Sch. Matth. 3. 4. Jud. 6. 5. c. 7. 12. 2, Nubes fœcunda, pluviæ gignendæ idonea. v. وبل. a ſimilitud. quod craſſa, gibboſa & fuſca, ut Belg. Lammern agni dicuntur ſteriliores nubeculæ, quod rotundiores & albæ. Pl. آبَال ; آبَال. Dimin. أُبَيْلَة.

Poſſeſ. إِبْلِيّ & إِبَلِيّ Camelinus. 2, Dives camelorum.

أَبِل Humidus. Fœnum recens. Et contrar. Siccus. 2, Noxa. v. inf.

أَبِل Idem. 2, Nom. loci.

أَبِل Carnoſus ſ. corpulentus camelus. 2, i. q. آبِل, Pl.

آبَال, Ag. Conj. I. 2, 6, 7, ſignif. It. Nom. pagorum, Urbis, ſc. Emeſſæ, Damaſci & Neapoleos Syriæ. Hujus Compar. & Superlativus eſt آبَل, & i. q. camelos poſſidens.

أَبُل Reliquiæ pabuli: quod poſt reſectum fœnum, aut a jumento relinquitur. v. Conj. I. 2.

أَوَابِل 2, أُبَّل 1, أُبْل Cameli 1, ſine paſtore vagantes, 2, multi & copioſi.

آبَال Camelorum paſtor & præfectus, cuſtos.

أَبِيل Triſtis, mœſtus. Syriac. Kam. ab Ebr. & Ch. אבל. 2, Monachus Chriſtianus, qs. peccata ſua & ſeculum lugens. Juxta canonem & auſtere vivens. Caput & Antiſtes Chriſtianorum. Pontifex. Gig. Cardinalis. It. is qui habet curam nolarum ſ. campanarum. Bd. Conv. cum Ch. אבול. أَيْبَل, أَيْبُل & أَبِلِيّ idem. Pl. أُبْل, أَبِيلُون. Unde ابيل الابيلين Antiſtes antiſtitum, Dominus dominorum dicitur Jeſus Chriſtus Syris vel Chaldæis Chriſtianis Arabice loquentibus. 3, Baculus craſſior, fuſtis, pro وبيل.

إِبَّوْل, إِبِّيل, إِبَّال Agmen camelorum, avium, equorum. Series eorum invicem ſequentium. Pl. أَبَابِيل, أَبَاوِيل, Demir. Juxta alios hæc Pl. ſingulari carent. Cameli multi, copioſi, gregatim incedentes. Gener. grex, greges avium. In accuſ. ſeu adverbialiter, Catervatim.

إِبَلَة, أَبْلَة Res expetita, agenda. Petitio. 2, Indigentia, neceſſitas: uti ما لي اليك ابلة Haud indigeo tui.

أَبْلَة Inimicitia, hoſtilitas.

أَبَلَة pro وَبَلَة; Gravatio, moleſtia, noxa ex indigeſtione cibi vel graviore aere. 2, Culpa, delictum. 3, Dactyli inter duos lapides contuſi, quibus ſupermulſum eſt lac. Colamentum dactylorum. Quidam cum ب in hac ſignif. ſcribunt.

إِبِلَة, أَبِلَة Fœcunda camela, benedicta in partu.

أَبْلَة, Calamitas, pernicies, quæ accidit pecori, ſatis, &c.

أُبُلَّة, Portio & quantitas aliqua dactylorum. 2, Nom. loci (urbis) prope Baſram, ob amœnitatem pro uno ex 4. deliciis orbis habiti. Nub. G. p. 139. l. 13. Ar. Hinc Gentilia, أُبُلِّيّ, أَيْبُل, أَيْبُل, إِيبَلِيّ, أَبَلِيّ, أُبُلِّيّ.

أُبُلَّة Pro جِبِلَّة, Progenies.

أُبُلَّة Idem. 2, Socii. Tribus. 3, Indefinita aliqua quantitas dactylorum. 4, Petitio: id quod expetitur.

أُبَلِيّ i. q. حبل, حبال Funis, funiculi, chordæ. Ka.

إِبِلَان Duo camelorum agmina.

إِبَالَة, Act. I. 1, Adminiſtratio opum. Quia Arabum divitiæ fere in camelis conſiſtunt. 2, Diſciplina, regimen. Officium Seneſcalli. 3, Tribus, ſocii, aſſeclæ. 4, Faſcis lignorum, i. q. إِيبَالَة pro إِبَالَة, & quidem magnus. Et i. q. أَبِيلَة Faſcis graminis & fœni. Hinc adag. ضغث على ابالة Faſcis graminis ſuper faſce lignorum, i. e. moleſtia addita moleſtiæ, malum malo. 5, Agmen, Camelorum, equorum. Armentum. Turma avium. 6, Lorica putei.

تَابَل Perſ. & per ب, Quicquid incoquitur cibo ad gratiorem ſaporem vel condimentum. v. ابز.

مُوبِل Acquiſitus fœtura aliove modo: de camelis tantum dicitur. 2, Cognom. Poetæ, Ibrahimi Andaluſii.

مَأْبُول Idem. 2, Puteus lorica ſeptus.

مَأْبَلَة Terra camelis abundans.

إِبْلِيس Pl. أَبَالِيس Diabolus. Matth. 4. 1, 8, 11. Princeps & Pater Dæmonum. Gilald. ad VII. 10. v. بلس Beelzebub in Alcorano. R. Azoar. 2. 36. Bd.

ابولوس v. انلس & اوبولوس.

أَبْلُونِيت v. Ch. אבלונית.

ابيليميا a Λοιμός forte. R. vel pro Ἐπιδημία. Bd.

אבם Ch. אבמוסום Gr. Εὔμυσος. Aruch.

Æth. አብሚ : & አብቆ : Amomum. Exod. 20. 22. Apoc. 18. 13. i. q. Ar. حماما Avicen. ijtij. 52.

Ar. أَبَام & أَنِيم Alienigena, advena, peregrinus. Bd. ex Ka.

أَبْيَمَة Duo populi in Jemen, quos medius mons diſtinguit. Ka.

אבן אֶבֶן c. Lapis. Exod. 17. 12. Pondus. Prov. 20. 10. Perpendiculum. Zach. 4. 10. Omnis, Kimhi Gen. 49. 24. Alii ibi Fulcimen, firmamentum. Gemma, Ezec. 10. 1. Dan. 11. 38. Pl. אֲבָנִים Gen. 31. 46. Con. Exod. 28. 9. Thren. 4. 1. אבני קדש ita dicuntur Duces & Magnates. Aff. Neh. 4. 3.

אָבְנַיִם m. d. Sellæ parturientium. Exo. 1. 16. & figulorum. Jer. 18. 3. v. Fuller. Miſc. l. 5. c. 19.

אַבְנֵט m. Balteus. Levit. 8. 13. Aff. Iſa. 22. 21. Pl. Exo. 28. 40. Angl. A Band.

Ch. אֶבֶן Lapis, &c. ut Hebr. Exo. 28. 11, 17. Emph. Gen. 35. 14. Aff. 2 Reg. 3. 25. Pl.

Gen. 31. 46. *Em.* Exo. 34. 1. *Con.* Exo. 28. 12. *Aff.* Ezec. 26. 12. אבן טועין Lapis errantium. *Gem. Bava Metz. f.* 28. 2. *Lapis erat magnus Hieroſolymis, ad quem accurrebat, qui aliquid perdiderat, & qui invenerat; Hic rem inventam proclamabat; ille, dato indicio, eam recipiebat. v. Jo. Gregor.* I. *p.* 117. אבני כתף Lapides humeri, *quos ob gravitatem humero geſtare oportet, quod una manu (ut* אבן יד*) ferri nequeant.* אבן המנוגעת Lapis plaga affectus. *Tal. Savim. c. ult.* אבן מסמא Lapis poſitionis, *qui alicubi ponitur, ut ei quis inſideat aut ei aliquid imponatur, aut quo aliquid tectum eſt: Appellatio deſumitur ex* Dan. 6. 17. אבן שואבת Lapis attrahens, *h. e. Magnes: Cujus artificio vitulus Jeroboami conſtitit in aere. Sanhedr. f.* 107. 2. אבן ששת Lapis horarum, *i. e.* horologium; *vel* ejus index. *Tal.* עריות *c.* 3. אבן תקומה Gemma *vel* Lapis reſurrectionis, *quem mulieres gravidæ de collo geſtabant, ne abortirent, quibus etiam Sabbato eum geſtare licet. Schabb. f.* 66. 2. *Bx.* אבן שתיא, Lapis fundationis. *P. Eliezer. p.* 88. 161. 219.

אבני בית קולום *v.* מרקולים.

אֲבוּנְגָרֵי Præfecti menſæ regiæ. *Mœd Kat. f.* 12. 2. *In Aruch* אכונגרי.

אֲבְנִיתָא Milvus. Deut. 14. 18. *T. Hieroſ.*

אֲבֵן Apud Judæos Hiſpanos cognomen familiæ, *ideo illis inditum, quia fuerunt omnes linguæ Arabicæ ſtudioſi.*

Syr. ܐܒܢܐ Lapis. 1 Pet. 2. 8. Structura parva calce compacta, ut Cippus, Columella. *It.* Gallus, *i. q.* ܐܒܒܐ *teſte B. B.* ܐܒܢܐ

ܐܒܢ̈ܐ Horologium, *ut Ch.*

Sam. ࠀࠁࠍ Lapis, Gen. 31. 45. *Pl.* ࠀࠁࠍࠉࠌ *ver.* 46. *Conſt.* Exo. 25. 7. *Aff.* Lev. 14. 45.

Æth. አበነ : Lapis factus eſt, in lapidem concrevit.

እብን : c. Lapis, Petra. Mar. 16. 4. Pſa. 60. 2. *Conſt.* 1 Pet. 2. 8. እብነ : በረድ : Chryſtallus. እብነ : እለሐኪም : *Ar.* ابن الحكيم Filius ſapientis: *Nomen proprium Regis Æthiopiæ, quem Salomonis ex Maqueda filium fuiſſe tradunt. Pl.* አእባን : & አዕባን : 1 Pet. 2. 5. Math. 4. 3. & 3. 9. *Aff.* Mar. 13. 1.

Ar. أَبَنَ *Fut. O. & I. Act.* أَبْن, ه, Suſpectum habuit. Opinatus fuit *malum vel bonum.* ب *r. ſine adjecto notat* ſuſpicionem *ccap &* . mali *tantum: forte a vitio ſeq.*

أُبِنَ. *In Paſſ.* Traductus fuit: *&* Turpibus ac indecoris verbis exceptus *vel* commemoratus: turpius quid de illo dictum fuit. *It. in Paſſ.* Laboravit fœdiſſimæ libidinis vitio. 2, Coaluit & ater evaſit *ſanguis in vulnere,* concrevit *ut nodus in ligno.* II. In os vituperavit & traduxit. Vitio & probro vertit. *cca. Huic contrar.* 2, Laudavit & deflevit mortuum; *pro* أبل II. 3, Pone ſecutus fuit veſtigia: proſecutus fuit. Obſervavit; *uti fit cum quem ſuſpectum habemus, ex Conj.* I. 4, Venam animalis ſecuit, ut elicitus ſanguis coqueretur in cibum. *Ab* inſpiſſando ſanguine. *v. Conj.* I. 2. *Illud, uti & bibere ſanguinem ac veſci carnibus camelorum Arabibus, præſertim Scenitis, & nunc uſitatum; at Paganis quondam familiarius fuit. Exinde odii atque iræ adeo tenaces, belloque ac ſanguinis effuſioni dediti ſunt. v. Cl. Pocock. Spec. Hiſt. Arab. p.* 87. *Plane* χαμηλώδεις ἄνθρωποι, *cujus ex Galen. l.* 3. π. τροφ. δυναμ. *vocis me admonuit Doctiſſ. S. Clericus.* 5, Speravit, expectavit *rem. Gig.* IV. Mali aliquid *de alio* retulit: rei malæ & turpioris mentione memoravit *illum. cc* ب *r. Inprimis Paſſivum uſurpatur.*

ابن, ه. Filius, a. *v.* بني.

أُبْن, إِبْن, *i. q.* آبِن Craſſus, ſpiſſus, fœdus, vilis: *de rebus eſculentis, potulentis.* Siccior cibus.

أَبَان, آبَان, Turba & aſſeclæ Ibn Amri & Saidi, ſociorum Muhammed.

أَبَانَة *pro* أَبَالَة Socii, amici, aſſeclæ.

إِبَّان Καιρὸς, tempus. Dan. 11. 24, 27, 45. c. 12. 4, 9, 13. Ezech. 21. 25. *MS. Seld.* *Vel* primum tempus rei, *florum fructuumve. qs. pro* اوان. *v. potius* ابب. *Prov.* اُطْلُبِ الأَمْرَ فِي إِبَّانِهِ Quære *vel* pete rem ſuo tempore & loco.

أُبَيْن *Nom.* Viri in Suna allegati. ابون *Id eſt, in quo aqua balnei decurrit,* Fiſtula parva. *Sch.*

أُبْنَة, *Pl.* أُبَن, أُبَنَات, Nodus. Nodus in ligno. 2, Larynx cameli, aſperæ arteriæ caput, *ob ſimil. quand.* 3, *Metaph.* Simultas, inimicitiæ, odium, dolus. Homo durus, pertinax, ſævus. 4, Dedecus, vitium. *Pecul. fœdiſſimum maximeque deteſtabile* Sodomiticum, quo quis proſtituere amat corpus cinædorum more. *Avicen.* iij. *f.* xx. 42. *Interp. dicitur* Alabone, Alabene, Alumnati.

أُبْنَي *Nom.* loci. أَبَانَانِ Duo montes Arabiæ: Aban & Muthalio.

التأبن Spes & expectatio rei. *Gig.*

مَأْبُون Suſpectus mali. Qui traducitur & probroſe habetur. Improbus. Muliebribus patiendis obnoxius & addictus. Cinædus.

ابنور Abies. *Gloſſ. It.* آبنوس *& per* ص. Εβενος. *Dioſ. l.* 1. *c.* 129. *Nub. G. p.* 11, *&* 12. *Ar. Avicen.* ijtij. *c.* 229. Ebenus, arbor, *quam ſola fert India illa, quæ & Æthiopia dicitur.*

אבס *Inde P. P.* אָבוּס Saginatus. Prov. 15. 17. *Pl.* 1 Reg. 4. 23.

אֵבוּס m. Præſepe: Horreum, theſaurus; *apotheca frugum.* Prov. 14. 4. *Pl. Af.* Job 39. 9.

מַאֲבוּס m. Granarium. *Pl. Af.* Jer. 50. 26.

Ch. אֲבַס Saginavit, copioſo pabulo aluit. *Schabb. c.* 24. *Miſchn. differt a* הלעיט, דרס *&* הלקיט *de quibus ſuis locis.*

אֵבוּס Præſepe. *It.* Linter, Paropſis magna, unde multi operatores ſimul comedunt. *Nedar. f.* 41. 2.

אֲבִיסָה Saginatio.

אֲבִיסָנָא Pondus, gravitas.

אבסקנטה Eſt nomen propr. viri, *teſte Schol. in Talm. Hieroſ.* ע"ז *c.* 1. *In Aruch Ed. B. Muſ.* ſcribitur אבסקנטיה *h. e. inquit ille, ex uſu Romano* דברים המורים על חלוק כבוד.

Syr. ܐܒܘܣ Monachus; Anachoreta. *B. B.*

ܐܒܣܛܐܠܘܢ Eſt nomen libri (*vel,* dictionarii) ܕܗܒܡܠܟ *nom. prop. q. d.* Auri regni (*vel,* regis auri) quod in 7. linguis ordinavit & contexuit; Syriaca, Perſica, Armenica, Segaſtanica, Maruſica (*v. Eutych. p.* 55.) Græca & Hebraica.

Æth. አበሰ : Deliquit, commiſit. Pſal. 50. 5. Matth. 19. 3. *F.* 1 Joh. 5. 16, 18. *Inf.* አብሶ : 1 Jon. 3. 9.

አበስ : Delictum: error. 1 Joh. 3. 4, 8, 9.

አባሲ : Peccator. *Miſſ. p.* 160. d. 18.

አቡስ : Delinquens.

መአብስ : Idem.

Ar. أَبَسَ *Fut.* I. (*Act.* أَبْس Contemptus) Reprehendit, corripuit. Terruit. *cca.* 2, Subjugavit, ſubjecit ſibi. 3, Incarceravit, concluſit. 4, Re ingrata excepit illum, ingrato tractavit modo: quod diſplicuit & inviſum fuit objecit. *Reſpondet utcunque* τοῖν باس & عبس 5, Contempſit, ب. deſpexit. *cc* . II. *i. q. Conj.* I. 5. Vilipendit. *cca* ب. Pauperem reddidit, prædicavit, *& c* . *Gig.* V. Mutatus, conturbatus fuit. 2, Abjectus, viliſque habitus fuit: in contemptum venit.

أَبْس Locus aſper & ſalebroſus. 2, Pars terræ protuberantior & inæqualis; *& per ſimilit. cum hac* 3, Teſtudo mas. 4, Extenſio. Attractio. *Gig.*

أُبْس Prava origo & natura. Radix mala. *Bd.*

إِبَاس Pravæ indolis *mulier.* Uxor hominum, *ſecundum Gorebin,* malorum morum, *&c. Kam.*

ابسنتيون *Græc.* Ἀψίνθιον, herba amariſſima. Apoc. 8. 11. *Erp. v.* افسن.

أَبِيسَاوِيس *vel* أَبِيسَاوِيُوس *Interp.* Abiſavius, Intiſamius, Anſadius; eſt ſecunda Anchuſæ ſpecies. *Avicen.* ijtij. 19.

אבע אבעה אבעיות & אבעבעות. *v.* בעה.

Ar. اباعلس *v.* اباغلس.

أَبَاع & أُبَاع عَيْن *Nom.* loci in Syria *vel potius* aquæ inter Cufam & Raccam, *a nomine Amalecitæ cujuſdam apud eam habitantis. Quidam ad* بغي. 2, Quodlibet littus, quod aqua alluatur. *Gig.*

يوم أُبَاع Dies apud Arab. celebris morte Mundiri Maſemaitæ, qui ibi cæſus fuit. *Quin per* ايام *dies prælia ſua Arabes notare ſolent.*

אבץ אֶבֶץ Nomen Urbis Joſ. 19. 20.

Chal. אֲבָץ, אֲבָצָא Stannum. Num. 31. 22. אוּבְצָן, אוּבְצָנָא Labor, defatigatio. Num. 19. 2. *Jon. & Talm. ubi occurrit per* ב *poſt* א: *apud Aruch a. per* כ *ſcribitur, ut* אכצן.

Ar. أَبِصَ *Fut. A.* Promptus, agilis fuit. 2, *i. q.* فرس Stravit, proſtravit. Planum fecit. *Kam.*

أَبِص, أَبُوص Alacer. Velox *equus*; Præcurſor. *v.* ابث.

¶ أَبَصَ, *Fut. O. Act.* أَبْص, Ligavit *camelum. cca.* anteriorem *np.* pedem genu flexo alligavit membro ſuperiori. 2, *quod ex ligatione illa accidit,* Nervum *ſ.* tendinem femoris affecit, preſſit, læſit; *Additur* . 3, *Media Keſrat. frequentius nomen* نسا. Ex tendinis illius læſione laboravit. V. *i. q.* I. 2, *Camelus* ita ligatus fuit. 3, Contractior redditus fuit femoris tendo, *qs. ligatus vel* تقبض brevior fuit, *quod in equis* تشنج *dicitur & laudari ſolet, quia inde inter eundum alacrius tollunt pedes.* VIII. Nervum femoris læſus, contractione ejus affectus fuit. *Unde* مُؤْتَبِصُ النَّسَا Corvus, *quia ſubſultim incedit, qs. pedem ligatus, &c.*

أَبَص *pro Act.* I. *dicitur, contrar. ſignif.* Laxatio, ſolutio. *Et duo alia contraria,* Quies ac Motus.

أَبْص *pro* أَبَد *Pl.* آبَاص, إِبَاص. Seculum, æternitas.

أَبِص *qs.* هَضِب, Multum ſudans *equus. Unde forte*

أَبُوص Perquam velox *equus,* cui facile movetur ſudor. *v.* ابوص.

إِبَاص, *Pl.* أُبُص. *Dimin.* أُبَيْص, Funis, quo pes Cameli *dicto modo* ligatur. 2, *Nomen* viri Teminæi.

إِبَاص *Nom.* Oppiduli in provincia Arabiæ Jemama. 2, Nervus pedum. *Bd.*

الأَبَاصِيَة,

الخوارج ، الاباضية *i. e.* Schiſmaticorum quædam Secta, *ita dicta ab Autore Abdalla fil.* Ibad *Teminæo, quæ aliquando totam Arab.* *Felicis regionem Oman occupavit.*

ابصة *Nom.* Aquæ Arabum Taijidarum prope Medinam.

AR. بَلَدَ, *Act.* بُلُودٌ, *et ſign.* 3 بَلَادَةٌ, Subſtitit *et* commoratus fuit *in loco. cc* ب *pec.* Firmiùs hæſit: ſedem fixit ac ſtabilivit, *etiam* pro ea pugnans. 2, *Med. Keſr. i. q. præc. it.* Diſcreta ab invicem habuit ſupercilia, nec coëuntia ad naſi radicem. 3, *Med. Damm.* Stupidus & ſtolidus tardúſque fuit. II. Semet terræ illiſit. 2, Socors *et* Voti impos fuit. Sterilis fuit, nec pluit *nubes*. Currere noluit aut in curſu retro manſit reſtititve *equus*. 3, Avarus fuit. III. *i. q.* بَالَطَ, Digladiatus fuit *cum aliquo*, certavit gladio vel fuſte. IV. Adhæſit inhæſitque terræ: *pauper fuit. &, hujus Tranſitivum. et* ſtupidum pigrumque habuit jumentum. V. Stoliditatem, & mentis hebetudinem commonſtravit. 2, Comploſit manus, *inprim.* præ animi perturbatione aut dolore. *et* Palmas manuum invertit. 3, Huc illuc, impulſus fuit; incertus animi & attonitus evaſit. Concidit in terram. In regionem venit incolis vacuam. *et* Alienam regionem occupavit.

بَلَدٌ, *Pl.* بِلَادٌ ,بُلْدَانٌ, *et* أَبْلَادٌ *pec.* 12. *ſign.* Pars terræ habitata. Provincia, regio, clima. Pſ. 23. 1. *et* 32. 8. *et* 48, *et* 89. 2. *Ro.* Pſ. 105. 27. 2 Cor. 11. 10. *Erp.* بلدا بلدا per ſingulas regiones *qs.* regionatim. *G. Nub. p.* 8. *l.* 15. *Ar. et in Tit.* Urbs, oppidum. Gen. 10. 11, 12. *et* 11. 4, 5, 8. *Erp.* Ex. 1. 11. *E.* Num. 24. 26. E. Deut. 4. 41. *Erp. et* κατ' ἐξοχὴν Mecca, *quæ alias et e adjecto* الحرام *et* البلد الامين vocatur. *et* Terra, humus. *it. Plur. prim. velut ſing.* Regio habitata. 2, Pars terræ, ubi non foſſum fuit, nec accenſus focus. 3, Nidus Struthiocameli, *ſ. potiùs* locus ubi ova fovet, *nidum n. non ſtruit, ſed ova in arena deponit. & ipſe* Struthiocamelus: *unde Adag.* اذل من بيضة البلد Vilior ovo relicto à Struthiocamelo. 4, Domus, 5, Sepulchrum. Cœmeterium. 6, Pars cœli ſtellis vacua, quæ manſio Lunæ XXI. Signata ſex ſtellis Sagittarii. 7, Iſthmus faucium & quod circumſtat. 8, Interſtitium ſuperciliorum ad naſi radicem. 9, Pectus. 10, Vola manûs. 11, Elementum rei. 12, Signum. 13, Bolis, *qs. à Gr.* Βολὶς, plumbum, quod *exploranda profunditatis ergô* in aquam demittunt nautæ. 14, *Nom.* urbis in Meſopotamia, alteriuſque in Perſide.

بُلْدٌ Particulæ auri, argenti, aut plumbi.

بَالِدٌ *Ag.* Locum inhabitans, incola.

بَلِيدٌ *Conſonat Ital.* Balordo. Stupidus, ſtolidus, vecors, brutuſque. *et* quem ad alacritatem nullus excitat motus.

بَلْدَةٌ *i. q.* 1, *&* بَلَدٌ, *pecul.* Oppidum: *aut* regionis pars quam quis incolit, patria. *& i. q. ejuſd. ſignif.* 6. Iſtæ ſex ſtellæ *a.* القلادة *Alkilâda dicr. Alfer. quod* collaris *referunt formam: eas a. ſubinde et. Luna ſubit, ab illo tramite deflectens. Kirch. eſt* Statio Lunæ XXII. *Oed. T.* II. *P.* II. *p.* 246. 2, Pectus. 3, Intervallum & diſcrimen ſuperciliorum utrinque inflexorum ad naſi radicem.

بُلْدَةٌ *i. q.* 3. *prox. præc.* 2, بلدة الوجه Forma faciei. بَلَدَةٌ *fortè pro* بُلَيْهَةٌ, Vetuſtus. Prov. 17. 1.

بَلَادَةٌ *contr.* ذَكَاءٌ, Hebetudo mentis, ſtupiditas; ſtoliditas, vecordia.

أَبْلَدُ *i. q.* أَبْلَجُ, *contr.* مَقْرُونٌ, Qui diviſa habet ſupercilia, nec ad naſi radicem conjuncta. 2, Magnâ corporis mole præditus.

مَبْلَدٌ Piſcina *ſ.* ciſterna antiqua.

مَبْلُودٌ Mentis inops: ſtolidus, vecors.

Q. بَلْدَمَ *i. q.* بَلَّدَ 1, *ſign.* Semet illiſit terræ. 2, Fefellit fidem, non perfecit promiſſa. II. *i. q.* 2, I. III. Latè patuit, amplus fuit *locus*. 2, Diruta fuit *ſ.* corruit *ciſterna, ædificium.*

¶ اِبْلَنْدَحَ Latus & longus fuit. اِبْلَنْدَى Corpulentus, robuſtus ac durus fuit *camelus. hinc* مُبْلَنْدِي Validus & durus *camelus.*

بَلْدَحُ *Nom.* Vallis prope Meccam, *aut* Montis in via Zjuddæ.

بِلْدِحٌ Corpulenta & obeſa *mulier.*

بَلَنْدَحٌ Brevis ſtaturâ & obeſus.

بَلَنْدَى Latus, in latera extenſus.

Q. بَلْدَمَ Extimuit & Conticuit, *ut quem corripuit terror.*

بَلْدَمٌ, *et. c* ـِ, Anterior & prominentior pars pectoris & gutturis, eique juncta pars œſophagi. 2, Pars gutturis, quæ in equo extare & commoveri conſpicitur. 3, Caput aſperæ arteriæ.

بَلِيدَمٌ ,بِلْدَامٌ & ـِ, *i. q. prox. præc.* 2, Gladius obtuſus.

¶ بَلَاذِرٌ Ἀνακάρδια, *vulgò* Anacardi: Fructus Indici, *ita dicti, quòd figuram & ferè colorem cordis referunt.* Anacardium. *Plemp. in Avic.* I. *p.* 141. *l.* 20. *Ar.*

البُلَادُور Helleborum. *R. at* malè putat. *Bd.* Fructus ſimilis nucleo dactyli. *Gigg.*

בלה בָּלָה Inveteratus eſt, vetuſtate tritus vel conſumptus eſt. Deut. 29. 5. Pſa. 32. 3. *Inf.* Gen. 18. 12. *Fut.* Iſa. 51. 6. *Pih.* Trivit, conſumpſit, vetuſtum fecit. Thren. 3. 4. Iſa. 65. 22. יְבַלּוּ Vetuſtum, *h. e.* diuturnum *&* durabile *facient, ita ut ſequantur eos.* Apo. 14. 13. *Part. Pl.* מְבַלֲהִים *v.* בהל *Inf.* Pſa. 49. 15. *Fut.* Iſa. 65. 22.

בָּלֶה m. Vetus, tritus. *Pl.* בָּלִים Joſ. 9. 4. *Fœm.* בָּלָה Vetula, vetuſta. Ezech. 23. 43. *Pl.* בָּלוֹת Joſ. 9. 5.

בְּלוֹיִם m. p. Veteramenta, veteratæ pannoſæ veſtes. *Conſt.* בְּלוֹיֵי Jer. 38. 11. *&* בְּלוֹאֵי v. 12.

בְּלִי m. Conſumptio. Iſa. 38. 17. תַּבְלִית Id. Iſa. 10. 25. בַּלָּהָה *v. in* בהל.

CHAL. בְּלָה ,בְּלֵי Inveteravit, vetuſtate tritus eſt. Iſa. 50. 9. *Part.* בָּלְיָא Iſa. 51. 6. *Pl.* בָּלְיָן Pſa. 32. 3. *Ithp. Fut.* יִתְבְּלֵי Veteraſcet. Job 13. 28. *Pah. Part. Pl.* מְבַלָּן Atterentes. Iſa. 3. 15. *Fut.* Dan. 7. 25.

בְּלֵי Vetus, attritus. *Pl.* בְּלָן Joſ. 9. 4, 5.

בְּלָא Sylva. *i. q.* באלא. בְּלָאִין Veteramenta, veſtes tritæ & laceræ. Jer. 38. 11. *Chol. f.* 107. 2. בְּלָיְתָא Veteramentum, veſtis trita. *Tal.*

בְּלָאוּת Attritio, conſumptio. Eccleſ. 12. 13. חַבְלָא *v.* בלה.

SYR. ܒܠܐ & ܒܠܝ Inveteravit, attritus, ſenio confectus eſt, obſolevit, marcuit. Gen. 18. 12. Joſ. 9. 13. *Part.* Job 13. 28. 1 Pet. 1. 23. *Pl.* Luc. 12. 33. *Fut.* Heb. 1. 11. *Pah.* ܒܰܠܺܝ Attrivit, conſumpſit, ܐܶܬܒܰܠܺܝ Attritus conſumptus fuit. *BB.*

ܒܠܝܐ Inveteratio, attritus, *ſubſt.* Conſumptio, corruptio. *It.* Vetus, inveteratus, attritus. Mat. 9. 16. Marc. 2. 21. *Pl.* ܒܠܝ̈ܐ Mat. 9. 17. Luc. 5. 37. ܒܠܝܢ Joſ. 9. 4, 5. ܒܠ̈ܝܐ Panni laceri. Jer. 38. 11.

ܒܠܝܘܬܐ Inveteratio, conſumptio, attritio.

ܒܠܝܐ Dorſualia, quibus tergunt jumenta. *Al.* Manutergia. *BB.*

II. ܒܰܠܗܶܗ Terruit, conſternavit. Job 24. 17. *Ethp.* ܐܶܬܒܰܠܗܶܗ Demiratus eſt, obſtupuit, attonitus eſt. Job 4. 5. *Part. Pl.* Dan. 5. 9.

ܒܘܠܗܗܐ Stupor, admiratio, ecſtaſis. Sap. 18. 14. *Pl. Conſt.* Job 18. 14.

SAM. ࠁࠋࠄ *i. q. Heb. & ibid.*

ÆTH. በለሀ: *v.* በለሐ:

AR. بَلِهَ *Act.* بَلَاهَةٌ & بَلَهٌ, *it. ſecund.* Stupor *cordis.* Deut. 28. 28. *Ar. Sam.* Deſipuit, *ſ.* judicio ac induſtriâ imbecillis & ſimplex minúſque verſutus fuit, *Gr.* νηπιάζειν 2, *et. in bonam partem*, Admodum verecundus fuit: *vel* Incurioſus & ſocors mali, *& qs.* ἀναίσθητος, ſtudioſus *tn.* & gnarus boni. III. Inſipienter & ſtultè ſe geſſit adversùs *aliquem.* V. *i. q.* I. Simplicitate & inſipientiâ uſus fuit. Errabundus ivit ſine ductu vel percunctatione, *quâ viâ neſciens.* VI. Id. *&* Inſipientiam & ſimplicitatem ſimulavit.

بَلْهَ *Nom. Verbale*, Miſſum fac, ſine. *eca. Gjar. p.* 144. *Erp.* 2, Præterquam. *&* بَلْهَ ما Præterquam quod. 3, *Partic. affirm.* Ita, bene, imò. 4, Quomodo, quâ ratione. *Gigg.*

أَبْلَهُ, *f.* بَلْهَاءُ, *Pl.* بُلْهٌ, *contr.* كَيِّسٌ Inſipiens: ſocors, ſimplex & minimè callidus. Zach. 11. 15. *ita in Sunna dcr.* اكثر اهل الجنة بله, Plerique eorum qui conſortes Paradiſi erunt, ſimplices ſunt, *np. in rebus mundanis, quia earum minus ſunt ſtudioſi: in ſpiritualibus aliàs gnavi atque attenti. ita &* ابله عقول *Ablaho Akoulon*, qui præ verecundia *qs.* ſimplex, *attn.* intelligens. *at* شباب ابله & عيش Vita & juventus mollis & commoda curiſque vacua. *ita quoque* شاب ابله Juvenis ſocors & qui quid faciat & quò vadat neſcit, *Ital.* Stordito. 2, Vanâ de ſe opinione deceptus. 3, *de camela*, Patiens laboris & ſitis, non curans incommoda. 4, *de fœmina*, Honeſta & prudens.

تَبَالُهٌ Cupiditas deviandi *&* incedendi abſque ullo dirigente & ſemita. *Gigg.*

Q. بَلْهَسَ Celeri gradu & properanter ivit.

Q. بَلْهَصَ Id. *&* Citò præterivit præ terrore.

بُلَهْنِيَةٌ Vita ſecura ac mollior, bonis commodiſque abundans, *qs.* ſocordium ſtatus. *v.* بله.

بَلَهْوَرٌ Locus amplus.

בלז CHAL. בְּלוּזְמָא Gaudium, lætitia.

tia. *Pl.* בלוזמאות & בלומאות *Fajik, rab. f.* 12. *Miab. rab. p.* 10. Convivium. & gaudium faſtuoſum. *Aqumas.* Tripudium, chorea. *Gr.* βαλλισμὸν. *C. L.* Lectica. *G. F. & Aquin. In Aruch MS. ſcribitur* בלומיאוס. בלחוד *v.* לחד.

AR. III. بالر *i.q.* בזה Contempſit. *Liturg. Damaſc.*

VIII. ابتلر Accepit, ſumpſit *ab illo. ecar &* من *p.*

Q. بلّر Fugit: velociter cucurrit. 2, Comedit ad ſatietatem.

بلز Brevis, craſſa & Levis *mulier.* & Pinguis, craſſus.

بلاز *c Articulo* Satanas. 2, Brevis. & Adoleſcens craſſus ac durus.

طين الابليز Lutum Ægyptium, medicinæ genus. *Gigg.*

בלח SYR. ܐܬܒܠܚ Solitarius factus eſt, unus factus eſt. *v.* לחד.

ܡܒܠܚܢܐ Corruptor; ſeditioſus.

ÆTH. በለሐ: Evulſit, extraxit, liberavit. *Imp.* Pſ. 6. 4. & 7. 1. & 16. 13. & 58. 2. በልሁ፤ *Fut.* Pſ. 17. 50. & 24. 16. & 90. 3. Acutus eſt. Heb. 4. 12. IV. አብለሐ: Acuit, acutum reddidit. Pſ. 63. 3. & 139. 3. በሊሕ: Acutus, velox. Pſ. 51. 2. & 13. 6. Rom. 3. 15. Apoc. 14. 14. በሊሃ፤ v. 15.

በልሖር: Belial. 2 Cor. 6. 15.

AR. بلح, *Act.* بلح & بلوح *ſign.* 3. *Fut.* A. Aruit, ſicca fuit *terra.* Caruit omni re *vir. Gigg.* 2, *Metaph.* Non conſtitit, periitque *pudor.* Rem inficiatus eſt, denegavit. *Gigg.* 3, Laſſus fuit. 4, Effluxit *aqua.* IV. Immaturos dactylos tulit, habuitve *palma.* V. Defeſſus & laſſus fuit.

بلح *Coll.* Immaturus (τοῦ بسر *τὸ prior, at τὸ* خلال *posterior*) dactylus. *Avic.* I. *p.* 148. *l.* 9. *ſeqq.* & 362. 7, 10. *et* II. 145. 34. *Ar.*

بلح *i.q.* بلت. 2, Vultur ſeneſcens.

بالح Nudus *ſ.* ſterilis, & nihil producens *ager.*

بلوح Aqua, quæ effluxerit, vacuus *puteus.* 2, Alienior à propinquis, nec iis conſueſcens.

بلنكج Paropſis fundo carens. تبلجي *i.q.*

بلجة, Prima lux auroræ proxima. *BB.*

بلخرن *Gr.* Βλῆχρον *vel* Βλῆχνον, Filix *planta. Dioſc.* IV. 186. *Bd.*

¶ I. V. بلخ & تبلخ Superbivit & extulit ſe. VIII. Miſtus, commiſtus eſt. *Bd.*

بلخ Balchum, Choraſanæ urbs, ab Oxo, *qui &* جهوبلخ *dcr.* 10. paraſ. diſtans. *G. Nub. p.* 162. *l.* 3, 4. *Ar. unde* بلخية Balchenſia *ulcera. Avic.* I. *p.* 39. *l.* 9. *Ar.* & Morbus quidam cutaneus de genere سعفة malæ. *Int. Avic.* II. *p.* 164. *l.* 2, 8. *Ar.*

بلخ & بلخ Superbus, elatus. 2, *prin*

i.q. بلاخ, Ilex arbor.

بلاخ Εὔπυγοι, magnis natibus præditæ fœminæ.

ابلخ, f. بلخاء Superbus *vir.* f. ſt u ta *fœmina.*

بلخية *Nom.* arboris, ſimilis malo punicæ, floris pulchritudine inſignis.

الزاج الاحمر البلخي Draganti rubei Albalkae *pondus, &c. Int. Avic.* II. *p.* 155. *l.* 36. *Ar.*

بلاخية Magna & nobilis mulier: Matrona.

¶ بلخنه Herba repens ac pumila, cujus gargariſmo inhærens faucibus hirudo dejicitur.

بلخص *i.q.* غلظ وكثر. *Go.* Obeſus & craſſior fuit. Superbivit, ſuperbè ſe geſſit. *Gigg. et* multus fuit. *Bd.*

بلخص *i.q.* غليظ, Craſſus. ſpiſſus, groſſus.

بلخم, (بلخم *Gigg.* بلخم *Cod. Seld.*) Obligavit *veterinarius jumenti* pedes propter noxam, vel morbum. *ccn.*

בלט CHAL. בְּלַט Eminuit, prominuit. *Gittin. f.* 20. 1. *Jomaf.* 54. 1. & 73. 2.

בְּלִיטָה Prominentia, eminentia, res elevata & eminens. *R. Sal.* Iſa. 30. 13.

בְּלוּטָא, בְּלוּט Robur, quercus, *Alii* Fructum Caſtaneæ, *Alii* Ulmum *explicant*: Gen. 35. 8. *T. H. et* בְּלוּט Hoſ. 4. 13. *Pl.* בְּלוּטִין Ezech. 27 6. *Talm.* Arbor cujus fructus vocantur, Glandes. *Reſh. huſcuna f.* 23. 1.

בּוּלְטִיתָא Putredo. Job 41. 19.

בולווטים *i.q.* בליוסטוס. בול. *v.* בלווטים Conſiliarius. *Jalkut in leg. f.* 306. *col.* 3.

SYR. ܒܠܛ Eroſit *tinea. Aph.* ܐܒܠܛ

Id. *P. P.* ܡܒܠܛ Tineoſus, tineis eroſus, carioſus. Iſa. 40. 4. Oculus prominens. *F.*

ܒܠܛ ܕܣܐܡܐ Canna *vel* fiſtula argenti.

ܒܠܛܬܐ Animalculum quoddam, exedens ligna, fructus, *vel* lanam. ܡܒܠܛ ܠܗ Quod illis animalculis infeſtat, *vel* infeſtatur.

ܡܒܠܛܢܘܬܐ Eorum exeſtio. *B. B.*

ܒܠܛܐ Rejectio ex nauſea. Thecæ minores, in quibus reponuntur lucernæ. ܒܠܛܐ Rejectus ex nauſea. ܒܠܛܝܢ Veſtes ſericæ ex purpura nigricantes. ܒܠܛܐ Parerga floſculorum atque arbuſcularum, multicolori varietate diſtincta. *F.* Moneta, *aut* res alia quædam ſignata & artificioſè impreſſa, figuriſque variè depicta. *Hinc* ܒܠܛܐ ܕܙܘܣ Jovis idolum. pictura. *B. B.*

ܒܠܛܬܐ Tinea, caries. Job 41. 18. Prov. 12. 4.

ܒܠܘܛܐ Quercus. Gen. 12. 6. & 18. 1. It. Glans. ܒܠܘܛ ܡܠܟܐ Caſtanea.

ܒܠܛܘܣ Germen. ܒܠܘܛܝܢܐ Pix Græca

ܡܒܠܛܢܘܬܐ Eruptio. ܡܒܠܛܢܘܬܐ ܕܚܡܪܐ Hæmorrhois morbus.

ܡܒܠܛܢܘܬܐ ܕܥܝܢܐ Tumor oculi.

AR. بلط, *Act.* بلّط, Stravit lapidibus *&c. ſolum. cca.* II. *i.q.* I. 2, بلح *Belleha*, Defatigatus fuit eundo. Acceſſit *ad me. Gigg.* 3, Percuſſit *aurem ejus* digiti indicis extremitate, & dolore affecit. بالد *Balada*, Digladiatus fuit, *cca.* III. *i.q.* gladio certavit. *ccap.* 2, Natando laboravit *natator.* IV. *i.q.* 1, I. 2, Contigit operuitque *pluvia pavimentum. cca.* 3, Adhæſit, inhæſitve terræ, ad paupertatem redactus, opibus exutus, fuit. *etiam formâ Paſſivi. it. alium* Redegit exuitque. 4, Inſtitit, petendo ſummum adhibuit ſtudium: importunus & moleſtus fuit, obtudit. *ccap.* VI. Digladiati fuerunt inter ſeſe. VII. Longiùs remotus fuit vel receſſit.

بلط & بلّط Camela vel ovis morbo uberum laborans, quo lac particulatim exſtillat.

بلّط *i.q.* فارون من العسكر Fugitivi ex exercitu. *niſi ſit* ع *pro* ف direptores. 2, Gentis Sophianæ clypei. *Bd. Gigg.*

بلاط *Lat.* Palatium. *Hiſt. Sar.* 2, λιθόστρωτον, ſolum complanatum ac pavimentum læve, ex lapidibus, terra, lateribus, teſſuliſve compoſitum: *ut et* ipſæ illæ res.

بلاليط Sola complanata: pavimenta. 2, Balani *ſ.* paſtilli ſuppoſitorii. *Int. Avic.* I. *p.* 77. *l.* 29. *Ar. it.* Linamentum vulneribus indi ſolitum. *ib. p.* 199. *l.* 42. *Ar.*

بلوط *Coll.* ة, Quercus, *arbor glandifera.* Gen. 12. 6. Eſ. 6. 13. *Avic.* I. *p.* 253. *l.* 33. *ſeqq* & 148. 4. *Ar.* 2, *fructus ejus* Glans, *qs. Gr.* Βάλανος. *Hinc* شاهبلوط regia glans *i. e.* Caſtanea. Gen. 37. 25. & 43. 11. *Avic.* I. *p.* 148. *l.* 5. *Ar.* &

بلوط الارض *qs.* quercus humi repens, *i. e.* Chamædrys. *Avic.* I. *p.* 191. *l.* 1. *Ar.* 3, *der.* انقطع بلوطي Conclamatum eſt de me, *vel* omni auxilio deſtitutus ſum. 4, *c* ة Turundus *ſ.* ſuppoſitorium, quod ſedi immittitur ad deducendam alvum: *à figura oblonga glandis. Int. Avic.* I. *p.* 200. *l.* 7. *Ar.*

بلوطية Ilicinus *ſ.* quercinus. *Avic.* II. *p.* 136. *l.* 21. *Ar. & abſolute* Δρυΐνος, Serpens *ita dictus, quod habitet in* مبالط loco, ubi ſunt quercus multæ. *ib. p.* 139. *l.* 22, 23. *Ar. Dioſc.* VII. 11.

بلطة Lapis quo domûs pavimentum inſternitur. & *ipſa* domus *ſ.* pavimentum ejus. 3, Res inopinata. 4, Collis. 5, *Nom. propr. loci* in monte Arabiæ Thai. بلالطاب Tubulus. *R.*

مبلط & مبلّط Ad inopiam redactus.

Q. بلطح *i.q.* بلدح, Semet illiſit terræ.

בלי ÆTH. በለየ: Senuit, conſenuit, veteravit, inveteravit. Pſa. 6. 8. & 31. 3. & 17. 49. *Fut.* Heb. 8. 13. IV. አብለየ: Antiquavit. *Ib.* ብሉይ: Vetus. Pſa. 38. 7. Can. 7. 13.

AR. بلا, *Act.* بلو & بلاء, Exploravit, tentavit, Pſ. 16. 3. & 25. 2. *et* 138. 1. *Ro. et* experimentum cepit, experiundo probavit. *cca.* كان يبلي في الحرب Agitabatur in bello. 2 Sam. 23. 22. 2, Benefecit, commodo ac beneficio affecit; boni compotem fecit: *ita* بلاه الله بلاء حسنا. Probavit eum Deus tentamine benefico ac bono. *ſimpliciter* Benefecit. & *contr.* Ingrato ac duriore modo tractavit, afflixit. Gen. 1. 17. *Erp. utpote quorum utroque homines probantur. inde* & 3, Manifeſtum fecit. *Med.* بلي *et* بلا, *Bilàn et Belâan, etiam Keſr.* 4, & *Act.* بلو, Uſu vetuſta evaſit, *ſ. potius* trita & conſumpta fuit *veſtis, &c.* Gen. 18. 12. Pſ. 31. 3. *Ro.* Pſ. 101. 27 Eccli. 18, 2. Emarcuit. Pſ. 48. 15. Periit. Prov. 10. 5. *et* 5, Tectus *ſ.* indutus fuit. & 6, Metu ac ſollicitudine affectus fuit. 7, Vixit cum illo, eandem vitam duxit. *Gigg.* II. *Tranſ. & Conj*, I. *np.* Vetuſtum tritumque effecit, attrivit, conſumpſit. Fecit, ut tegeret indueretve. 3, Alligavit *camelum* ad domini defuncti tumulum, pabulo potuque deſtitutam, ut moreretur: *Arabum gentilium ritu. v. infra.* III. Curavit, reſpexit *eum: metu reverentiâ vel ſollicitudine ductus. cca. vel c* ب Matth. 22. 16. Marc. 12. 14. *Dicunt &* لم ابل *Lem ubel vel* ابال *ubâli*, Non curo. IV. *i. q. ubeli pro.* 1; II. Pſ. 48. 15. *Ro.* 2, *i. q.* I 2 & 3, I. *ita* ابليته معروفا Bene meritus de eo fui: quod æquum fuit præſtiti illi. & *diligenti ac ſtudioſ der.* ابل ويخلف الله *Abli wajuchlifo Allâho.* & *contr.* Afflixit Ex. 5. 22. 3, ابليته يمينا Acquietavi eum contentumque reddidi, juramento. Juravi ipſi, vel ab eo juramentum exegi. & ſatis habuit, contentus fuit Ditatu

Ditatus fuit. *Gigg.* 4, Purum mundumque reddidit. VI. *i.q.* I, I. VIII. id. Pſ. 68. 31. & 104. 19. Eccli. 21. 4. Jac. 1. 13. *Erp.* 2, In calamitatem incidit: afflictus & tentando probatus fuit. 1 Sam. 5. 9. *et* 6. 4, 19. *et* 18. 17, 21. *et* 24. 13, 14. 3, Juramentum *et* confeſſionem petiit.

هُوَ بِذِي بَلِّي وَبِلِي وَبَلَي

وَبِلِّيَانٍ, *v.* & بلبل, Longius abeſt aut abivit, ut ubi ſit neſcias.

بِلِّيَّانٍ Qui longius abeſt, vel à te diſceſſit, ut neſcias ubi ſit.

إِبْلَوْلَي *confer* أَبَلَ, Longior evaſit herba, ut eam depaſci potuerint *cameli.*

بَالِيَهُ, *i. q.* بَالَهُ *pro* بَلَاءِ *et* بَالَ,

مُبَالَاة *Act* III. Curare, ſollicitum eſſe.

بَلَى, *contr.* τῷ لَا, *Particula affirm.* Etiam, maximè, certè.

إِبْلَاءِ, *Pl.* بِلُوَّ & بِلَي, Itinere trita, macerata ac enervata, *camela.* Confectus & tritus *curis. ccgr.* & Probatus ac induratus, *malis*, *ceu iis* tritus. 2, *confer.* ابل, Qui adminiſtrat & regit peculium *ſ.* opes.

بَلِي, *Poſſ.* & *Gent.* بَلَوِي, Tritus. *it.* Corruptio. Act. 13. 34, 35, 36, 37. *hinc* علم

البلاء *et* البلي Incorruptibilitas. Sap. 2. 23. & 6. 19, 20.

ـة, بَالِي *pro* بال Tritus, vetuſtus; *ut veſtis.* Matth. 9. 16. 2 Pet. 1. 4. *Erp.*

Pl. بَلِيَّة, & بَلْوَي, بَلْوَة, بَلَاءِ, بَلَايَا, Experimentum, tentamen. *In bonam & malam partem ſumitur: ita* بلاء حسن Beneficium Dei, quo homines probat. & نزلت بلاء *Nezelet Belâi pro Belâon,* Incidit afflictio *ſ.* tentatio. *Unde* 2, Ærumna, Afflictio, calamitas: *ut quâ homines probantur.* Gen. 12. 17. Exod. 11. 1. *et* 32. 12. Deut. 24. 8. Jud. 2. 15. 1 Sam. 25. 16, 17. 1 Cor. 15. 30. & 2 Cor. 11. 26. *Erp.* 3, *quart. cujus Pl.* بليات, Res trita & vetuſta ac uſu conſumpta. *it.* Funeſtum opus. Neh. 6. 2. 4, Camela, quæ paganiſmi Arabici tempore lig[illegible] ſolebat ad domini defuncti ſepulchrum, & abſque pabulo & potu ibidem relinqui donec moreretur; *quia putarent aliàs ſe non reſurrecturos equites, eo ſtatu quem amabant; ſed pedites, quod vile videbatur.*

إِبْتِلَ δοκιμὴ, probatio. Rom. 5. 4. *Erp.*

مُبْتَلٍ, *et.* ى *ult.* لي *Pl.* مُبْتَلِين, Afflictus, cruciatus. Lev. 13. 12. *Avic.* I. *p* 85. *l.* 7. *Ar.* 2, Comprobatus tentamine & experimento. Aſſuetus pati *tuſſim.* *Avic.* I. *p.* 353. *l.* 17. *Ar.*

مُبَالَاة Conſideratio attenta & ſeria cura. *unde* قلة المبالاة Incuria.

בלך

بَلَكَ *pro* لَبَكَ, Miſcuit, commiſcuit.

بُلُكٌ Soni buccis editi, cum eas digiti impellunt.

بَالِكَ Locus quidam; *vel* ſedes Juriſperitorum. *Gigg. vel* Presbyterorum Muhammedicæ religionis.

البلكند. *Int.* Repletio. *B.* Micla, quæ facta eſt ex pane azymo frixo oleo, & intincto in aliquo dulci ſicut mel, aut ſipa. *R.* Placenta. *Avic.* I. *p.* 101. *l.* 46. *Ar.*

¶ Q بَلْكَعَ *i.q.* بَرْكَعَ *aut pro eo,* Secuit, amputavit. *cca.*

بَلْكَفَه *Perſ.* بي كيف ديدن. *qs.* بلا كيف.

בלם

בָּלַם Conſtrinxit. *Inf.* Pſa. 32. 9. בַּלֹּל *v. in* בְּלִימָה.

CHAL. בְּלַם Clauſit, obthuravit, conſtrinxit. *P.P.* בְּלִים mutus. Iſa. 32. 4. c. 35. 6. אוצר בלום Theſaurus clauſus, in quo copia omnis generis frugum reperitur. *Rabb. Sic appellatus fuit R. Akiva à multiplici, et reconditâ doctrinâ, quam cuilibet petenti expromebat. Gittin f.* 67. 1. *Aruch i. q.* בעט Recalcitravit, *ex Midr. Peſikta, ubi jam legitur* בולט.

בְּלְמָא Obſtructio, ſepes, ſepimentum, quo hortus clauſus & cuſtoditus eſt, *Metz. f.* 103. 1.

בְּלִימָה Conſtrictio, coercitio, dominium, quo ſubditi conſtringuntur & coercentur, ut ſint obedientes. *Jezirah c.* 1. *ſ.* 3. *Pl.* בְּלִימוֹת. *It.* Nihilum, inane. *Heb.* Job. 26. 7. *Caballiſtis* conſtrictio; *quæ* 3^x^. 1^a^ *Dominium Dominatoris Univerſi.* 2^a^. *Intelligentiarum cœleſtium.* 3^a^ *Sphærarum.* נגרת אנוו *f.* 53. 1. *quæ haut facile ſolvitur,* Eccl. 4. 12.

בּוּלְמוֹס, בולמוס *Gr.* βύλιμος, βυλιμία, Fames, eſuries continua ſine ſatietate, appetitus inſatiabilis. *Joma f.* 83. 1. *Breſh. rab. ſ.* 51.

SYR. ܒܠܰܡ Clauſit, obthuravit, conſtrinxit. *Fut.* Deut. 25. 4. 1 Cor. 9. 9. 1 Tim. 5. 18. *Ethpe.* ܐܶܬܒܠܶܡ Obthuratus eſt capiſtro vel fiſcellâ.

ܒܽܠܡܳܐ Fiſcella, paſtomis, capiſtrum. 2 Reg. 19, 28. Iſa. 37. 29. Ezech. 19. 4. *It.* Obturatio, quæ fit capiſtro vel fiſcellâ. ܒܽܠܡ̈ܶܐ Ulcera, apoſtemata.

AR. بَلَمَ Libidine fervens admiſſarium appetivit *camela.* II. Fœdavit, deformem fecit. IV. *i.q.* I. & II. 2, Vulvam intumuit *camela* ex libidinis fervore. *v.* بلم. 3, Tacuit, ſiluit. V. Iniquè in illum egit. *cc* علي. *Bd. Gigg.*

بَلْم *Act.* 1, I. 2, *et c* ة, *ipſe* Vulvæ camelinæ tumor ex libidinis fervore. 3, *Coll.* Piſciculi: *Afris* بلمة *Belma.* Lucius ة Tumor piſcis. 4, *c* labiorum. *it.* Libido camelæ.

بَيْلَم *pro* بَيْرَم, Terebra, *aut* ſimile inſtrumentum. 2, Goſſipium *aut* quod illi ſimile naſcitur in thyrſo papyri vel arundinis. *v.* بردي & Nux goſſipina, in qua goſſipiũ continetur.

بَلَام Virens planta generis ſalſuginoſi.

بَلْمَاءِ Nox XIV. à novilunio, *cum lumine turget Luna.*

أَبْلَم Tumentia habens labia. 2, Oleris genus cornutum, fabæ inſtar.

أُبْلُم, إِبْلِم & أَبْلَم, & *c* ة, Folia bdellii. 2, *dcr.* المال بيننا شق الابلمة Peculium inter nos diviſum eſt in duas æquales partes.

إِبْلِيم Ambarum: ſuccinum. 2, Mel.

مُبْلِم & مِبْلَام Camela muta, nec vocem edens præ libidinis vehementia. 2, *prius,* Camela quæ fœta non fuit & quæ admiſſarium non experta. 3, *et* مُبْلَم, Tumidum *ſ.* tumeſcens *labium.*

بَيْلَمَان Locus in Arabia felice *vel* India. *unde dicuntur Gladii* Baylameinenſes. *Bd.*

بِيبْلُمُون, *et* ف *pro* ب, Πεπλὶς, portulaca ſylveſtris. *aliis codd.* *Bebilun, bilemum, belmum, bilum. Plemp. in Avic.* I. *p.* 146. *l.* 35. *Ar. Dioſc.* IV. 169.

بولبوس *v. ſub* بول. *Avic.* I. *p.* 93. *l.* 24. & 440. 10, 11. *Ar.*

בלן

CHAL. בַּלָּן *et* בלני *Gr.* Βαλανεὺς Balneator, dominus, præfectus, curator balnei. *Shevijth c.* 8. *Et* 1. Vermis. *D.P.* *Et* 2. Balneum. *C. L. Berach. c.* 6. *Tar. Hier.* *Pl.* הַבַּלָּנִים *Savim c.* 4. *et* בַּלְנָאֵי *Vajik. rab. ſ.* 28. *fi.*

בַּלְנִיּוֹת Balneatoriæ veſtes, lintea ad balnea neceſſaria. *Bava bas. f.* 67. 2. *Miſ.*

בַּלְנְרִין Id. *T. Hier. Moed katon c.* 3. *f.* 82. 1.

בִּילָן Velum, pallium. *i. q.* וילן. Gen. 25. 25. *Jon. Ita Aruch ex Gem. ubi nunc* בילן.

בְּלְיוֹנָא Figura, forma, ſculptura. *Gitt. f.* 57. 1.

בילני Herbæ ſpecies. *T. H. Berach. c.* 6. *f.* 10. *col.* 3. *Gr.* Βάλανοι.

בְּלוּנַיָא Fila margaritarum. *Munſt.*

בלנטיא *Gr.* Βαλάντιον, crumena, loculi. *Sifra Levit.* c. 25. v. 39. *C. L.*

SYR. ܒܳܠܢܳܐ Balneum. *Pl.* ܒܳܠܢ̈ܘܳܣ.

AR. بَلَّان, *à* بَلَلَ rigando & humectando, *vel Lat.* Balneum, thermæ. 2, Dumi. Eſa. 55. 13. 3, *bulni,* Albumen ovi. *it.* ſplendor. *Sch.* بلنجاسف *i. q.* برنجاسف Artemiſia. *BB.*

بَلَنْدَ Radix Henæ *vel* Alchannæ. *Gigg. Bd.*

إِبْلَنْدَكَ Æqualis *vel* æquata fuit ſolo *fovea.* *Gigg. Bd.*

بَلَنْدَم Segnis, ægre aſpiciens: Perturbatæ naturæ. *Gigg.*

بَلَنْسَم Alchitran, medicamenti genus. *Gig.*

بَلَنْط Lapis marmori ſimilis, ſed rudior eo & aſperior.

بلندم, ابلندي, بلندح, ابلنج, ابلنقع *et* بلنقص, ابلنقع, بلنصي *v. in ſuis Radicibus ſine* ن.

בלס

בָּלַס Perquiſivit. *Al.* Collegit. *Part.* Amos 7. 14.

CHAL. בְּלַס Miſcuit, commiſcuit. *Schab. c.* 7. *fi. Breſh. rab. ſ.* 28. *Quando opponitur puro & immaculato, ſignificat* Maculatum, contaminatum, *qs Lat.* Vilis, *Mikvaoth c.* 9.

בּוּלְסָא, בולסא Maſſa vitri ex cujus partibus fiunt feneſtræ. *Sic Aruch ex Gem. ubi nunc* בולסא.

בולוס Speculum vitreum. *Al.* גל Tumulus: *al. Gr.* βῶλος, *al.* βῆλος Cœlum. *BM.* *It.* βίλος. *Midr. Til. Pſa.* 136. *f.* 55. *col.* 1.

בְּלִסְטְרָא Baliſta. *Pl.* בלסטראות *R. Sal.* Exod. 14. 19.

בְּלִסְטְרִי, בליסטריא Baliſtarius, jaciens baliſtâ, jaculator. *Chol. f.* 60. 2.

בַּלְסָם & בַּלְסְמוֹן *Gr.* βάλσαμον, Balſamum. Cant. 7. 14.

בּוּלְסוּף Nom. loci *in Babylonia ubi confuſus & impurus fuit ſermo. Breſh. rab. ſ.* 38.

בלוספיין Ficus præmatura, ſed difficilis concoctionis. *Nedar. f.* 49. 2.

בַּלְסְפִימְיָא *Gr.* βλασφημία, Blaſphemia. *Jelammed.* Num. 26. 1.

בַּלְסְפִימִיסוֹן Blaſphemus, contumelioſus, maledicens.

SYR. ܒܰܠܣܛܪܘܣ Baliſta, 1 Mac. 6. 51. ܒܠܣܛܪܘܣ Palæſtra.

ܒܰܠܣܛܪܘܢ

ܒܠܣܘܣܝܬܐ Scintilla. *F.* Iſa. 1. 31. *noſtra habent* ܒܠܘܣܝܬܐ.

ܒܠܣܡܘܣ Balſamum, *arbor.*

ܒܠܫܐ Luctationes, intorſiones.

ܒܠܫܘܪܐ Aſinus cinereus, emicante albedine. Charta.

ܒܠܣܘܣܛܡܝܢ *i. q.* مركب *vel* سرج النسا *BB.*

ÆTH. በለሰ: Exiſtimavit. Luc. 7. 43.

በለስ: Ficus, *arbor, & fructus.* Pſ. 77. 55. *et.* 104. 31. Can. 2. 13. Mat. 7. 16. c. 21. 19.

ብለስጦስ: Blaſtus, *Nom. vi.* Act. 12. 20.

በልጣሶስ: Baltaſſus, *Nom. Regis Chriſtianiſs. in Ægypto.*

AR. أَبْلَسَ Deſperavit. *It.* Fractus *animo*, contriſtatus & mœſtus fuit. *ac* Siluit præ animi ſollicitudine *vel* mœrore. Obſtupuit, attonitus fuit. *& de camela* Obmutuit, *non emiſſâ ſolitâ voce,* præ libidinis vehementia. 2, Impeditus fuit celebrare الحج *i. e.* ſolennia feſti Meccani.

إِبْلِيسَا Planum ac lævem eſſe.

Q. I. II. بَلْسَمَ & تَبَلْسَمَ *i. q.* بَلْدَمَ, Conticuit præ terrore & ingrato conſpectu.

بِلَّس *i. q.* إِشْنَان, *ſc.* Cineres Alkali.

بَلَسٌ Nequam, in quo nihil eſt boni: deſperatæ *ſ.* profligatæ vitæ homo. 2, *in gen.* Ficus. *pec.* alba. & Res ficui ſimilis in Jemen, Arab. felice, frequens.

بُلْسُن, بَلِسٌ & بَلَسٌ *i. q.* عَدَس, Lens, *leguminis genus.*

بَالِس *Nom.* Oppidi quod tribus milliaribus diſtat ab occidentali ripa Euphratis.

بُولَس *Nom.* arboris infernalis. *pro* شجر *legit* سجن carcer. *Giggeius. it. Nom.* Viri. Act. 13. 7, 9. *Erp.*

بولدس *Gr.* Βολὶς, perpendiculum nauticum. Act. 27. 28. *Erp.*

بَلَاس *et* بِلَاس, *Perſ.* پلاس *pro* مسح *Medinenſium idiomate,* Pannus craſſior ex pilis vel lana, quo dorſum jumenti inſternitur, ut molliùs incumbant clitellæ. بُلُس *Pl. prox. prec. &* Sacci magni, ſtramini recondendo facti, *& ferè ex groſſiori panno vel cilicio. Sing. et. exponitur. it.* Lentes. *v. ſupra.*

إِبْلِيس *Gr.* Διάβολος *per aphæreſ. antea dictus* عزازيل *Araziel, quod de divina miſericordia deſperat.*

مُبْلَاس Camela præ libidine obmuteſcens.

¶ بَلَسَك Ἀπαρίνης, مصفي الرعاة Colum paſtorale *Andaluſiis dicta, quia ea utuntur paſtores ad eximendos è lacte pilos. al.* Herba veſtibus adhæreſcens. *Dioſc.* III. 104.

بلوسطيون *Gr.* Βαλαύστιον, Flos mali punici ſylveſtris. *Dioſc.* I. 154.

بَلْسَام *pro* بِرْسَام Pleuritis.

بُلْسُن *Coll.* Lens. *et* aliud genus illi ſimile. *v. ſupra.*

بَلَسَان Balſamus arbor Ægyptiaca. 2 Mac. 55. 22. *Sic præfix.* دهن, حب, & عود *dcr.* Opo-carpo-*et* Xylo-balſimum. *Avic.* I. *p.* 140. *l.* 24, 26. *Ar. v. Proſp. Alpin. Dial. de Balſ. et in c.* 14. *Veſling. p.* 17.

בלע בָּלַע Abſorpſit, exorbuit, deglutivit. Num. 16. 30. Jer. 51. 34. *Inf.* Job 7. 19. *Jon.* 2. 1. *Fut.* Exod. 7. 14. *It.* Præcipitavit; abſcondit; perdidit. *Niph.* Hoſ. 8. 8. Iſa. 28. 7. *Pih.* Id. Iſa. 25. 8. *Part. Pl. Af.* מְבַלְּעָיִךְ Iſa. 49. 19.

Inf. Num. 4. 20. Abſcondere. *R. D.* Thren. 2. 8. *Imp.* Pſ. 55. 10. *Fut.* Iſa. 19. 3. *Pyh. Part. pl.* מְבֻלָּעִים Perditi, Iſa. 9. 16. *Fut.* Job 37. 20. *Hithp. Fut.* תִּתְבַּלָּע Abſorbeatur Pſ. 107. 27.

בֶּלַע m. Abſorptio, perditio, pernicies. Pſ 52. 6. *Af.* Jer. 51. 44.

בִּלְעֲדֵי Præter, excepto, abſque. Job 34. 32. *comp. ex* בל *&* עד *vel* עדי מִבַּלְעֲדֵי Præter, Num. 5. 20. Pſa. 18. 32. *Af.* בִּלְעָדַי Excepto me, Gen. 41. 16. מִבַּלְעָדַי Præter me, Iſa. 43. 11. c. 44. 6. *cum Patach ſub* בּ.

CHAL. בְּלַע Abſorpſit, deglutivit. Exod. 7. 12. Deut. 11. 6. *Inf.* Jon. 2. 1. *Fut.* Job 7. 19. *Pah. Fut.* יְבַלְּעִנֵּהּ Iſa. 24. 4. *Ithp. Fut.* וְיִתְבְּלַע Et abſorbebitur, Joſ. 6. 5. *It.* בְּלִיעַ Percuſſus, Cæſus. Prov. 29. 19. *v. Syr.*

בֶּלַע, בִּלְעָא Abſorptio, deglutitio, *Tal. Hier. Schab. f.* 14. 4. *Al.* Morbus gulæ: deglutitionis impedimentum. בליעה Id. בית הבליעה Locus abſorptionis, gula, œſophagus. מבלעתא Id. *Chol. f.* 43. 2.

בַּלְעָן Vorax, vorator. האוכל על שלחנו צריך שלא יהא גרגרן ובלען אלא כאוכל לפני המלך Qui comedit ad menſam ſuam, opus eſt ut non ſit guloſus neque vorax, ſed ut comedens coram rege. *Rabb.*

בִּלְעָם Bilham, Balaam, *Nom. Viri Noti,* Num. 22. *v. Sanh. f.* 105. 1.

SYR. ܒܠܥ Eminuit, prævaluit, vicit; Abſorpſit, devoravit. *It.* Cæſus, percuſſus, mulctatus fuit, vapulavit. Gen. 19. 11. Exod. 22. 15. Iſa. 9. 13. Luc. 22. 51. *Part. pl.* Exod. 5. 16. Mat. 23. 24. *P. P.* ܒܠܝܥܐ Abſorptus, deglutitus. *Fut.* Num. 16. 26. 1 Pet. 5. 8. *Ethp.* ܐܬܒܠܥ Abſorptus eſt. Caſtigatus eſt. 1 Cor. 15. 54. *Fut.* Job 37. 20. ܒܘܠܥܐ Fructus.

ܒܠܘܥܐ Abſorbens, deglutiens.

ܒܠܘܥܐ Hamus. Mat. 17. 27.

ܒܠܥܕ Abſque, ſine; contra. Gen. 41. 16, 44. 2 Reg. 18. 25. *Aff. habet more nominum Pl.*

SAM. ࠁࠋࠏࠃ *i. q. Heb. ib.* ࠁࠋࠏࠃࠉ Abſque me. Gen. 41. 16, 44.

ÆTH. በልዐ: Edit, comedit, manducavit. Gal. 2. 12. *Imp.* Pſ. 21. 28. *Inf.* Luc. 6. 4. Pſ. 13. 8. *Fut.* 1 Cor. 15. 32. IV. አብልዐ: Cibavit, edere fecit. 1 Cor. 3. 2. c. 13. 3. *Imp.* Rom. 12. 20. V. ተበልዐ: Devoravit. Gal. 5. 15.

በላዒ: Vorax. Matth. 11. 19. Luc. 7. 34.

መብልዕ: Eſca, cibus. Pſ. 68. 26. 1 Cor. 3. 2. Act. 27. 33. መብልዓ: *Pl.* መብልዓት: Pſ. 54. 15.

በለዓም: Balaam. *Nom. viri.* Apoc. 2. 14.

AR. بَلِعَ, *Act.* بَلَعَ, & *ipſa* Deglutitio. *Avic.* I. *p.* 425. *l.* 5. *Ar. Fut.* A. Deglutivit, inglutivit. *cca.* 2, Perforavit. II. Micare cœpit *in capite canities.* 2, Deglutire juſſit, deglutiendum dedit: & in gulam immiſit fecitque ut deglutire poſſet. IV. *Tranſit.* 1, 1. & *hinc* 2, أَبْلِعْنِي رِيقِي Conceſſit moram ac ſpatium mihi; *qs.* tantum ut inglutire potuerim ſalivam. VIII. *i. q.* 1. I. Abſorbuit. Pſ. 34. 25. & 57. 10. & 68. 16. *et* 123. 2. *et* 140. 6. *Avic.* I. *p.* 36. *l.* 17. *Ar. pec.* non mandit cibum.

بُلُع, بُلَع *et* ة, *Unit.* Foramen in rechamo trochleæ.

سَعْدُ بُلَع Manſio Lunæ XIII. *Alferg. c.* 30. Duæ ſunt ſtellæ, quarum altera obſcura, altera lucida, البُلَعَان *dictæ, quòd una deglutire i. e. offuſcare videatur alteram.* Caſtor & Pollux. *Gigg.*

بُلَع, ة & بُلَعَة *i. q.* مِبْلَع, Helluo, homo vorax, edax. بُلَاع Prodigus. Deut. 21. 20. *Erp.*

بَلُوع Amplus, patens, *ut patuli oris lebes.*

بُلْعَة, *Pl.* بُلَع Lapidis molaris foramen.

بَلُّوعَة, بَالُوعَة (& بَلَّاعَة) *Pl.*

بَلَالِيع (بَوَالِيع) Foramen mediæ domus, per quod expurgatur cloacalis colluvies domûs. & *cum quo plerumque jungitur ſubterraneus canalis,* Puteus anguſti oris in quem confluit aqua pluvialis & ſimilia.

مَبْلَع Iſthmus faucium, ubi fit deglutitio. Deglutitorium; pars ſtomachi. *Int. Avic.* I. *p.* 424. *l.* 28. *ſeqq. Ar.* 2, Foramen latrinæ. مَبْلُوع Καταπότιον medicamentum quod deglutiendo ſumitur: pilula. *Avic.* I. *p.* 424. *l.* 24. *Ar.*

مَبْلَعَة Puteus intus lævis & æqualis à fundo ad crepidinem.

¶ بَلْعَب f. ة, Craſſus, obeſus *et* laxus præ pinguedine. 2, f. *ipſa* Craſſities, laxitaſque. *Convenit cum*

بَلْعَس Camela craſſa, laxas habens carnes, ac gravis *ſ.* tardigrada.

بَلْعُوس Mulier fatua ac ſtulta. بَلْعِيس Res prodigioſæ. Miracula. *Gigg.*

بُلْعُص & بَلْعَص Latus pubis: *aut ipſa* pubes. Corpus equo vecti. *Gigg.*

بَلْعَق *Coll.* Genus dactylorum: *hoc uti &* فرض *Féradon, optima ſunt quæ profert Oman, Arab. felicis regio.*

أَمْكِنَة بَلَاعِق Loca ſpacioſa & patentia.

Q. بَلْعَكَ Secuit & amputavit *gladio. cca.*

بَلْعَك Camela laxas habens carnes: annoſa, craſſa, & demiſſa. 2, Stolidus & contemptus *homo.* 3, *v.* بلعق, Genus dactylorum.

بَلَعْلَع Avis longo collo prædita, *ceu à* بلع.

Q. بَلْعَمَ, *Act.* بَلْعَمَة, *i. q.* إِبْتَلَعَ, *qs. c.* م *augmenti,* Avidè inglutivit.

بُلْعُم Helluo, avidè & citò inglutiens.

بَلْعَم *Nom.* viri, *aut* بَلْعَام Bileam. Num. 22. 5, 9.

بُلْعُم & بُلْعُوم Locus per quem deſcendit cibus & potus, Oeſophagus. 2, Alba macula in labro aſini. 3, Surculus terram intrans. *Gigg.*

¶ بَلَغَ, *Act.* بُلُوغ Philip. 3. 11. *Erp. Fut.* O. Pervenit *ad perfectionem, Medic. dcr.* Ultimari: *Avic.* I. *p.* 458. *l.* 32. *Ar.* contigit terminum propoſitum. *cca. it. c* مِن *r.* Exod. 35. 26. Jud. 11. 16. 2 Reg. 3. 2. Pſa. 18. 5. & 48. 20. Hebr. 12. 4. *Erp.* & *c* من, بلغ منه النبيذ Vicit cepitque eum, potentius eo fuit, *vinum.* & *abſolutè,* Conſummatus fuit, pervenit ad finem: Luc. 1. 9. Joh. 4. 35. & 7. 6, 8. *pec.* ad maturam ætatem, pubeſ evaſit. *et* Nuntiatum, perlatum fuit. 1 Sam. 2. 22. Ruth. 1. 6. *it.* Appropinquavit, imminuit. *ccar.* Act. 9. 3. *et* 21. 22. 2, *Med. Damm.* Oratione efficax, facundus, eloquens fuit. II. *Tranſit.* I. Fecit ut perveniret; pertulit, perduxit. *pec.* Evexit *ad dignitatem. cc* ب *p. et* إلى *r.* 2 Sam. 7. 18, 21. 2, Manum protendit ad fræni lorum, ut faciliùs currere *ſ.* incedere poſſet equus. Laxavit habenam. III. Studio & diligentiâ uſus fuit. *cc* في *r.* بالغ في اكرامه Summo honore affecit illum. بالغ عليهم Summa contra eos conatus fuit. Modum exceſſit. 2 Reg. 2. 10. IV. *i. q.* 1, II. *ccga.* Pſ. 59. 13. *et* 107. 11. 2

2 Par. 34. 28. *pec. in paſſ.* Dedit. Gen. 34. 11. Salutavit. Rom. 16. 5. *Erp.* V, Satis habuit, contentus fuit. *cc* ب *r.* 2, Invaluit, vehementior evaſit *morbus. cc* في. 3, Studuit pervenire, & pervenit. *cca.* Perlata fuit *fama.* 1 Sam. 2. 23, 24. VIII. *in Paſſ. qs. Imperſonaliter*, Satis fuit, ſufficit. *cc* ب *r.*

بلغ *pro* بالغ *ſeq.* Quod ad propoſitum finem pertingit & perficitur: *ut* امر الله بلغ Mandatum ſ. negotium Dei contingit ſcopum.

بلغ *i. q.* بلغ *Hinc* سمع لا بلغ & سمع لا بلاغ *præpoſito utrique* اللهم, *loquendi form. cum quid accidit quod minus placet*; *i. e.* O Deus, quod auditur, ne confiat. 2, *dcr.* احمق بلغ Cum quis ſtultitiâ ſuâ pertingit quo cupit. *aut* ſummè ſtultus. & بلغ ملغ *Bilgon milgon*, ſtultus, & obſcœnè loquens.

بالغ Puber, ætate maturus, adultus. Lev. 23. 29. *Uſurpatur & pro fœm. uti* جارية بالغ وبالغة Puella puber, adulta. Conſiſtentia *corpora.* Adoleſcens. *Int. Avic.* I. *p.*81. *l.*20. *Ar.* 2, Egregia & inſignis *res.* 1 Sam. 21. 10. 3, Ad optatum pertingens finem. *cca. ut* الله بالغ امره Deus aſſequitur atque contingit mandati ſui finem.

بلاغ *Nom.* II. *et* IV. *Conj. ſc.* Quod pervenit ac perfertur ad aliquem. 2, *Uſurpatur & pro Act. Conj.* III. 3, Quod ſufficit & ſatis eſt. 4, Ea quibus obtemperandum: Leges, ſanctiones. Alcoranus. *Gigg.*

بليغ, *Compar.* ابلغ, Facundus, eloquens. Efficax fuit & pervenit dicendo, quò cupit. Perfectus. Prov. 27. 23. Diligens, exactus. Act. 15.7. & 18.25,20.

بلغة Quantum ſuſtinendæ vitæ ſatis eſt. Parum quid.

بلغين Malum, infortunium: periculum. 2, *i. q. Meblagon. ſeq.*

بالغا *i. q.* اكارع *idiomate Medinenſium*, Pedes & tibiæ pecorum. *qs. Perſicum* بايها *ſeu* پاچها.

بلاغة Eloquentia, eaque efficax. Excellentia. *Gigg. et* Judicium. Eccli.25.7.

بلاغات Suſurrationes, maledicta *de abſente.* 2, Mulieres multæ prolis. *Gigg.*

تبلغ, *Pl.* تبالغ, Funis annexus geminæ chordæ, quarum una alligatur urnæ, alteram v. hauriens manu tenet.

مبلغ Meta, perfectio. بلغ في الجودة

مبلغا Summâ uſus liberalitate, *qs.* pertigit beneficentia ſua ad apicem. 2, Summa, ac productum, *quod oritur ex additione vel multiplicatione.* 1 Reg. 20. 15. 2 Macc. 2. 18. & Quantitas, pretium, ſumma rei. Effectrix virtus, efficacia. Eph.4.7. *Erp.*

مبالغة *Gramm.* ἐξοχὴ, αὔξησις, intentio ſignificationis. Gradus *ſummus peccatorum.* 2 Reg.3.2. Ultimitas. *Int. Avic.* I. *p.* 458. *l.*33. *Ar. et cc* ب Exactè, certò. Sap. 19. 17. Act.22.30.

¶ بلغم, *Poſſ.* بلغمي, *Gr.* φλέγμα pituita. *Poſſ.* Phlegmaticus. *Avic.* I. *p.* 511. *l.* 2, 3. *Ar.* مبلغم, ة, Phlegmaticum faciens, generans pituitam. *Avic.* I. *p.*82. *l.* 18. *Ar.*

בלפ CHAL. בלוסין, בלונסין, בלופסין & בולבוסין ſ. בלבסין Genus ficuum, *fo. Gr.* φιβάλις; *Al.* genus olerum, carduorum; bulbi. *Tal. H. Demai.*22.3. *Maaſer.*62.1.

בלץ SYR. ܒܠܨ Floruit, fronduit, exortus eſt, germinavit. Cant.7.12. Ezech.7.10. Mar.4.5. ܒܠܨܘܨܝܬܐ Scintilla. Sap.2.2. *Pl.* c. 3.7. Iſa.1.31.

AR. بلص Parum lactis habuit pecus. II. Totum recepit, nihil opum ſuarum ipſi relinquens. *ccar &* مين *p.* III. Irruit *in illum.* V. *i. q.* تبرص. *it.* Depaſtus fuit *grex* campum, nihil relinquens. *cca.* 2, Petivit tectè *rem. cca.* 3, Voluit, captavit. *cc* ل.

بلص, بلوص & بلصة, *i. q.* ابو بريص.

Q. بلاص Fugam cepit, aufugit. ابلنصي Abivit.

بلصوص (& بلصوص) *Pl.irreg.*

بلنصي *Nom.* avis. *aut contra*, *hoc Sing. illud Pl. vel poſterius* f. *prius* m. *vel è contrario.*

ابن بلصي *Nom.* Avis. بلص, بلصو, بلص, *vel* ة, *Plur. ſeu Coll.* بلصي *Biliſſa*, Avis alia.

بلنصاه, *Pl.* بلنصي, *Nom.* oleris. 2, *Pl.* بلاصي, *Nom.* avis, cui viridia ſunt ova.

¶ Q. تبلصق Clanculum, gratioſè callidéque petivit. *cca.* 2, Affinitatem captavit *vel* expetivit.

Q. بلصم Fugit, aufugit.

בלק CH. בְּלַק Exinanivit, *Al.* Defrugavit. *Planè* بلقع *pront optimè vertunt LXX. Ar. i. c. Ar. in utroq; ubi occurrit loco, & unicus R. Jona qui* חרב Deſolatus eſt, deſolabit, *interpretatur. Part.* Iſa. 24. 1. *Pih. Part. Fœm.* מְבֻלָּקָה Exinanita, interrupta. Nah. 2.11.

SYR. ܒܠܩ Occurrit. ܒܘܠܩܐ Miſericordia. ܒܘܠܩܘܬܐ Egeſtas, miſeria.

ܒܘܠܩܐ Percuſſio, alliſio, inverſio ſuiipſius ſuſque deque.

ÆTH. በሌቅ: Marmor. Can. 5. 15. Apoc. 18.12. በላቅ: Balac. *No.vi.* Apo.2.14.

AR. بلق, بلق, *Act.* بلوق, *Fut.* O. ولق *qs. pro* Citò ivit, properavit, & Abripuit ſecum *lapides fluxus.cca.* 2, Aperuit totam *portam. cca.* & *Metaph.* Recluſit ſ. vitiavit *puellam*, & *contr.* Clauſit *Dav. Kimhi.* 3, *Med. Keſr.vel Damm.* Nigro alboque colore variegatus fuit. 4, *Med. Keſr.* Attonitus fuit & obſtupuit. IV. *i. q.* 2, *et* 3, I. *et* Tales pullos genuit *admiſſarius.* VII. Apertus & patefactus fuit: patuit. VIII. Micuit: fulſit. IX. *et* XI. *i.q.*3,I.

Q. III. ابلنقق Diſtinctè ab aliis, ſeparata fuit patuitque *via.*

بلق *Act.*2, & 3, I. *et i. q.* بلق, *ipſe* Albo & nigro conſtans color: maculoſus, verſicolor. Gen. 30.35,39. Zach.1.8. *et* 6.3. *et* Marmor, *ob variegatum colorem. et* lapidis pellucentis genus, *qui in Arab. felice naſcitur.* 2, Tentorium ex cilicio ſ. pilis caprinis. *et* Porta. Velum portæ. 3, Παραφρονία, dementia levior.

بليق *Nom.* equi velocis & *tn.* vituperati. *unde Adag.* يجري بليق ويذم بليق Currit Buleik & vituperatur Buleik: *in eum qui benefacit & malè audit.*

بلقة *i.q.* بلق, & *pecul.* cùm in equo variegatus ille pedum, anteriorum poſteriorumque, color ad femora pertingit. *it.* Omnis color, cui commiſtus eſt albus.

بلوقة, بلوقة & بلوقة, *Pl.* بلاليق Deſertum, ſolitudo. *vel* Terra plana ac mollis. *vel* Terræ tractus nihil producens præter marmora, *aut* prorſus nihil. 2, *Nom.* loci in Arab. felicis regione Bahrein, qui à dæmonibns incoli creditur.

ابلق, *f.* بلقاء, *i.q.* مبلق, Albo nigroque colore variegatus. Gen. 30. 32, 33. & *Erp.* 35. *inde Adag.* طلب الابلق العقوق Petit variegatum prægnantem: *i.e.* rem impoſſibilem; *nam illud maris, hoc fœminæ eſt.* 2, f. c *Artic. eſt. Nom* urbis & regionis inter Syriam & Wadikóra. *it. Nom.* aquæ & equi. *it.* Cophitarum gens. *Gigg:*

تبليق Refectio putei labentis ſcirpis adhibitis. *Bd.Gigg.*

مبلقة Reparata *piſcina.*

¶ بلقيس Belcquis, *Nom.* Reginæ Sabæ ſ. Sabæorum, quæ viſum venit Salomonem, eidemque nupſit: *ita ut Arabes volunt*; ejuſque uxor *dcr.G.Nub.p.*31.*l.*11. *Ar. v. Annot. Perſ.in* Luc.11.31. *confer* 1 Reg.10.1.

بلقوط & بلقط Brevis. 2, *Nom.*avis.

Q. بلقع Inculta & inhabitata fuit *regio.* III. Diductus & ſolutus fuit *mæror.* 2, Patuit fulſitque *aurora.*

بلقع & ة, *Pl.* بلاقع Terra vacua, inculta, inhabitata. Num.21.11. ſ. *prius Adjectivum* c. *gen. Poſterius Subſtant.* 2, Mulier improba, omni bono vacua.

بلقعي Nitens ſpiculo *haſta vel telum.*

Q. بلاقلا Faba. *Gigg. v.in* باق.

בלר CHAL. בְּלָר Linteum balnei, quo mulieres in balneis utuntur ad ſe tegendum & abſtergendum. *Al.* Peplum quod capiti circumvolvant. *Pl.* בלרי *Schab.f.* 147.2.

בּוּלְרָא Tributum, reditus, proventus terræ, qui in tributum datur. *Sic Aruch in Gem. a. nunc leg.* בורלא. *Ba.Kam.*113.2.

בְּלוֹרִית, בְּלוֹרִיתָא Coma, cæſaries; *pec.* quæ in medio capitis. *Maimon. Hal.* ע״ז *c.* 11. Num. 25.6. *Jon. Sanhedr.f.* 82.1. *Pl.* בלוריות *Sanhedr.f.*21.1 *v. Kidduſh. c.*4.

בלורין Lapis cæſus & ad ſtructuram paratus. Laterculus. *Gr.* βωλάριον. *Breſh. rab. ſ.*8. *In Aruch* בולרין *Poſtellus*, Beryllum *exponit. qſ.* בירולין. בולביות של זהב Maſſula auri. *Breſh. rab.p.*18.

בילרין Ornamenti ſpecies, *i.q.* בוליאור *de quo in* בלר. *fo.i.q.* בירולין Beryllus. *Bx.*

SYR. ܒܠܘܪܐ Chryſtallus, Corallium, bulla gemmata. *It.* Peplum, Theriſtrum: monile. *B.B.* ܒܠܪܐ Satanas: Dæmon ſylvaticus.

ܒܠܘܪܝܢ Chryſtallus.

AR. بَلُّور & بِلَّوْر Gr. Βήρυλλος, beryllus, *lapidis genus. G. Nub. p. 37. l. 12. et 38. 12. Ar. et Plin.* 37. 5. *aut potiùs, quo illum lapidem adulterari idem ſcribit,* Cryſtallum. Gen. 2. 12. Exod. 25. 7. Apoc. 18. 13. *Avic.* I. *p.* 68. *l.* 27. *Ar.* 2, *poſter.* Craſſus, robuſtus & ſtrenuus. & 3, Magnus rex Indorum.

بَلَارِج *i.q.* لَقْلَق, Ciconia.

בלש CHAL. בְּלַשׁ Scrutatus eſt, inveſtigavit, inquiſivit. Gen. 31. 35. *et* 44. 12. *Part. Pl.* Soph. 1. 12. *Inf.* Eccleſ. 9. 1. *Fut.* Pſ. 77. 7. Thren. 3. 40. *Ithp.* אִתְבְּלַשׁ Perquiſitus eſt. Obad. 6. *Part.* Pſ. 64. 7. *Fut.* Job 30. 18. *Pah.* Id. *ſec. Venet.* מְבַלְּשִׁין Perſcrutantur. Iſa. 22. 5. *Noſtra habent* מְבַלְּשִׁין.

בַּלָּשׁ Scrutator, explorator. *Kelim c.* 15.

בַּלּוֹשִׁין Exploratores, perveſtigatores. Jer. 49. 10.

בְּלוּשָׁא Cohors, exercitus. *Berach. f.* 44. 1.

בּוּלשת, בַּלֶּשֶׁת Id. *Schab. f.* 145. 2. *Betz. f.* 21. 1.

בְּלוּשָׁא Perſcrutatio. Pſ. 64. 7.

SYR. ܒܠܫ Caſtigatus, percuſſus, cæſus eſt.

SAM. ࠁࠋࠔ *i.q. Ch.* Gen. 31. 34. *An. Sam.* v. 37. c. 42. 15, 16.

AR. بَلْسُوف Onocrotalus. *R.*

بَلْسُوم Ciconia. Pſ. 103. 17.

בלת בליתא *v.* בלה. בלתי *v.* בל.

SYR. ܒܠܬܐ *i.q.* قارورة *B.B.* ܒܠܬܐ

ܒܠܬܢ Pullulatio ficuum. *B.B.*

ܒܠܬܝ Stella Veneris. *F.* Venus. Æs album. *B.B.* ܒܠܬܘܩܣ Crumena, marſupium: bibliotheca.

SAM. ࠁࠋࠕࠉ Præter. Num. 32. 12. Deu. 1. 36. & 4. 12. ࠌࠍ: ࠁࠋࠕࠉ Præterquam. Gen. 47. 18. *ut Heb.* בלתי.

AR. بَلَتَ, *Act* بَلُتَ, *Fut.* I. Secuit, præcîdit: & ſeparavit, diviſit. *cca. Sed Med. Keſr. et Fut.* O. Reſectus ac ſeparatus fuit: receſſit. 2, *Med. Damm.* Intelligens ac ſapiens fuit. IV. Exegit ab illo juramentum. *ccga.*

Q بَلْتِي, *Act.* بَلْتَاة Secuit, præcîdit. *cca.*

بَلْت *Nom.* Avis, cujus plumæ aliarum avium plumis permiſtæ eas conſumere dicuntur.

بَلِيت Qui cunctatur & moram nectit in ſermone. 2, Lepus.

بَلِّيت Qui ſemper aut plerumque ſilet: taciturnus. *et* Intelligens vir ac ſapiens.

مُبْلَت Bene compoſitus *ſermo.*

مَهْر مُبْلَت *i.e.* مُضَمُون *apud Poëtas, idiomate Himjaritarum,* Donum ſponſale fidejuſſione ſtabilitum.

بَلْتَم Gravis linguâ, balbus. 2, Homines, populus.

بَلْتَع & بَلَتَع Aſtutus. ـة *de fœm.* 2, c ة Clamoſa.

بَلْتَعِي Diſertus: promptus in loquendo & audax.

بَلْتَعَانِي Qui elegantiam & ingenium præ ſe fert, cùm illi nihil ſit.

¶ بَلِيب *et* بَلِيب دِمِيب *junctim,* Pabulum bimum nigricans, ſimile دِرِين.

بَلْدُوف, *Pl.* بَلَادِيف, Aqua per terram reſtagnans & expanſa.

בם AR. بِمَ *pro* بِمَا Eò quód. Quomodo? *et poſter.* ה Quid, de quo. Matth. 6. 25.

بَم, *Pl.* بُمُوم, *Perſ. videtur origine, & ab ipſo ſono petitum,* Chorda inſtrumenti Muſici graviſſima. *et ipſa* Vox graviſſima, Baſſus *vulgò, Gr.* ὑπάτη. 2, *Nom.* loci *et* oppidi in Carmania.

بُم *i.q.* بُوم, *aut pro eo,* Bubo.

במה בָּמָה f. Excelſum, ſacellum, delubrum, ara idolorum: *Hinc Gr.* βωμός. 1 Reg. 3. 5. הַבָּמָה In excelſum illud, 1 Sam. 9. 13. *Pl.* בָּמוֹת Num. 21. 28. *Af.* 2 Sam. 1. 25. 2 Reg. 18. 22. בָּמֳתֵי אָרֶץ Excelſa terræ, Deut. 32. 13. *c.* ו *redund. jux. Maſor.*

CHAL. בָּמָא, בָּמָה Excelſum, locus editior, *vel* ara excelſa pro idolis, & ipſorum cultu, *ut Heb. Emph.* בָּמְתָא: *Pro quo in nris.* בָּמְתָא 1 Reg. 11. 7. *Plural.* בָּמָן. *Conſtruct.* בָּמַת Hoſ. 10. 8. *Emph.* בָּמָתָא 1 Reg. 3. 2. *ubi noſtra* בָּמוֹתָא. *Af.* Iſa. 36. 7 בֵּית בַּמְיָא Domus excelſi: *ſic vocant Aras Chriſtianorum, Talm. Megilla f.* 6. 1.

בָּמוֹת Ligna rotunda duo, quibus volumen Legis (*prout Judæi eo in Synagogis ſuis utuntur*) annexum & circumvolutum eſt. *Sic Aruch; at nunc in Gem. leg.* בימות.

בימה *v.* בים.

AR. البهمن Planta quædam, *Albehemen Int. Avic. v.* بهمن. *Bd.*

במס CHAL. בָּמָס *Gr.* βωμός, altare, ara idolis conſecrata, *vel* cui idola imponuntur. *Pl.* בָּמְסַיָּא Num. 32. 38. *Jon. Conſt.* c. 31. 10. *Af.* c. 32. 52.

בִּימוֹס Id. Lapis inciſus. *D. P.* עז *f.* 47. 2. *Miſ. Pl.* בימוסיאות *ibid. f.* 16. 1. *et* בימוסיות *ibid. f.* 54. 1.

SYR. ܒܘܡܣܐ *Gr.* βωμός, Excelſum, ara idolorum. 2 Par. 14. 3.

בן AR. بَنْ *pro* بَلْ Quin, quinimo.

بُن *pro* إبْن Filius: *cùm præcedit Nom. Proprium, ſimulque ſequitur nomen patris.* Matth. 1. 1.

בנן SYR. ܒܢ̈ܢܐ Chronica: Chroniſtæ.

AR. بَنّ *Fut.* I. Stetit conſtititve *in loco. cc* بَنَّ II. Ligatam tenuit ovem ad ſaginam. IV. *i.q.* I.

بُنّ Pars adipis aut pinguedinis: *ita* بُنّ عَلَى بُنّ Pinguedo accumulata.

بُنّ Res quæ inſtar المُرِّي, *Perſ.* ابكامه *Abcâma dicta, ſumitur: hac ſorbitio eſt rei ex hordeo et frumento paratæ multâ curâ et arte, quam Malajeſa et Halimæus deſcribunt.* 2, Baccæ quædam, ciceris ferè formâ, *ex Arab. felice paſſim diſtrahi ſolitæ, ex quibus molitis, toſtis, et in aqua coctis fit potus niger, toto Oriente hodie celebris, vulgò* قهوه *Cavè; iſque ut proſit, calidus & tantùm non fervens ſorbetur.*

بَنَان *Coll.* ة *Unit.* بَنَانَات *Pl. pauc.* Extremitas digitorum, extrema eorum pulpa. *it. ipſi* Digiti. *Bd. Gigg.*

بَنِين Conſtans & prudens. 2, *Pl.* بُنَان, Sapidus, comeſtilis. *Sch.*

بِنَّة Odor ſtercoris dorcadum, *inprim. cùm depaſtæ ſunt herbarum flores.*

بِنَّة *Pl.* بِنَان, Aura, odor; *ſ.* gratus *ſ.* ingratus. 2, Calyx *ſ.* involucrum florum, priuſquam dehiſcat. *it.* Echinus, echinatus calyx, ſpinoſum caſtaneæ operculum. *Sch.*

البُنِّي Species piſcis, Aloſæ formâ, ſed mole multò major, ſalubris & delicatus: ex Euphrate deportatur Halebum tempore Autumni. *al.* Naricæ, piſciculi minuti inſtar apuarum cobitidum. *Angl.* **A Smelt.** *Flandr.* **Spierinck.** *Plemp. in Avic.* I. *p.* 227. *l.* 15. *Ar. Gr.* Νηρίτης Concha quædam natatilis.

بَنَانَة Hortus herbis & floribus inſignis; & pratum amœnum. 2, *Nom. Propr.* mulieris.

مُبِن Olens merdam dorcadis.

مَبَنّ Locus ſuavè, & fœdè olens. *Gigg.*

بَنْبَان Pediculus. *it.* Cingulum, *vel* perizoma haud rectè aptatum. *Id.*

בנא AR. بِنَا Per nos. Nobiſcum.

بناء *v.* بني.

بنبك *et* بابونك *v.* بنك.

בנג CHAL. בַּנְגֵּרִי *Nomen* herbæ unde fit decoctum contra ſerpentum & ſcorpionum ictus. *Schab. f.* 109. 2.

AR. بَنَجَ *Fut.* O. Rediit ad originem ſuam, *vel* ad antiquum. II. Comedendum dedit *ſ.* propinavit hyoſcyamum. *cca.* 2, Vocem edidit, *qs.* pipiendo, è latibulo ſuo *perdix.* V. Originem nobilem arrogavit *ſ.* vendicavit ſibi.

بَنْج Hyoſcyamus, ſoporiferæ herbæ species. *Lat.* Apollinaris. *Dioſc.* IV. 69. *it.* Alterci, *ita dicta; quòd qui biberint mente abalienentur cum quadam verborum altercatione; vel qs.* Altericum, *quòd mentem alteret. Plemp. in Avic.* I. *p.* 145. *l.* 23. *Ar. Kirch. Oed.* III. *p.* 72. 2, Pagus Samarcandæ.

بِنْج Origo, radix, ſtirps.

بَنْبَج, ة, *pro* بَنْبَجَة, Sporta, caniſtrum. *Ar. Saad.* Deut. 26. 2, 4. & 28. 5, 17. *Var. Lect.*

بابونج *v.* باب.

بنجادق Balaſſius rubinus: medicina cordialis. *Rin. in Avic.* I. *p.* 414. *l.* 48. *Ar.*

بنجنكشت, *potius per* ش, *à* بنج انكشت *Perſ.* Πενταδάκτυλον, *quòd quinque digitos referunt folia.* Vitex, agnus caſtus. *Avic.* I. *p.* 147. *l.* 15. *Ar. Dioſc.* I. 135.

בנד SYR. ܒܢܕܐ Cœtus militaris. *BB. Unde Angl.* **A Band.**

ܒܘܢܕܪܘܣ Chondrus. *BB. vr.* ܒ *pro* ܕ.

AR. بَنْد *Perſ. Pl.* بُنُود *et* بِنَاد, *Lat. Barb.* Bandum, *Hiſp.* Bandera, Vexillum magnum. & Legio decem millium. Gen. 49. 10. *Ar. Sam.* Num. 1. 5, 2. & 2. 2, 3, 10, 17, 18, 25, 31, 34. & 10. 14, 18, 22, 25. *Erp. G. Nub. p.* 14. *l.* 14. *Ar.* 2, كَثِير البُنُود Dolis technisque plenus & malorum ferax. 3, *prim. Bendon, qs.* vinculum, Agger, aquæ ſeptum.

بَنْدُودَة Podex & pudenda viri.

¶ بندر *Perſ.* Portus: urbs, aut locus, ubi mercatores ſarcinas ſolvere ſolent, & cum mercibus ſubſiſtentes vectigalia pendunt.

بنداور, *Pl.* بنادره, *Perſ.* radicem & fundum habens, Mercator qui primario aliquo in loco mercatûs ergô manens, merces recondit, ut carioris pretii tempore divendat.

البندرانا Plantæ vel radicis ſpecies utilis ad tumores diſſipandos. *BB.*

Q. بندق Diſpoſuit *aliquid* globulorum formâ *vel* pilularum. *cea. Avic.* I. *p.* 397. *l.* 39. *Ar.* 2, Aciem defixit *in rem. cc* الى.

بندق *Coll. Pl.* بنادق, *Perſ.* فندق, *fortè à Gr.* Ποντικὸν κάρυον, Nux avellana. *Avic.* I. 147. *l.* 7. & 523. 26. *et* 610. 4. *Ar. it.* Pilulæ *vel* formæ ſimiles avellanis. *Avic.* II. *p.* 172. *l.* 47. *Ar. et* بندق هندي Avellana Indica, *quæ et* رتة *Retta der. hinc* 2, Glans miſſilis: globulus qui ex baliſtario arcu aliove inſtrumento jacitur, *vel* qui per canalem volvitur. 3, *Pl* σκύβαλα, ſtercora duriora *et qs. in nucleos diviſa, Int. Avic.* I. *p.* 507. *l.* 33. *et* 508. 12. *Ar.*

مبندق Factus ad ſimilitudinem avellanæ. *Int. Avic.* I. *p.* 410. *l.* 35. *Ar.*

بندي Veſtis ex lino prolixiori. *Gig. Bd.*

بندواش *Taberſtanis Hyrcaniæ incolis i. q.* ثيل gramen, Medicina ſimplex *Avic.* I. *p.* 266. *l.* 40. *Ar.*

بنادك *i. q.* بنيقة, Limbus camiſiæ vel tunicæ, ejuſque latera & aſſumenta. *Gig.*

מִגְבָּעוֹת f. p. Tiaræ. *Aven.* Mitræ. *Al.* Galeri. Exod. 28. 40. *et* 29. 9. *v. Joseph. Antiq. l.* 3. *c.* 8. *et Ab. Ezr.* Exod. 28. 37.

גִּבְעוֹל m. Culmus, *seu* canna *lini.* Exod. 9. 31.

CHAL. גִּבְעָה Collis, *ut Heb. Emph.* גִּבְעֲתָא Jud. 7. 1. *Const.* גִּבְעַת 2 Sam. 2. 24.

גְּבִיעַ *Citat Aruch pro Heb.* גִּבֵּן Lev. 21. 20. *ex T. H. ubi nunc legitur* גְּבִינוֹי.

גַּבְעוֹל Culmus. *Pl.* גַּבְעוֹלִין Exod. 9. 31. *Tal. Parah c.* 11.

SAM. ࠌࠂࠁࠏࠕ Mitræ. Exod. 28. 40.

AR. II. جَبَّعَ Ob macredinem dorsi pars prior corrupta fuit. *Gigg.*

جُبَّاعٌ، Mulier staturâ brevis. *Gol. et* Fœdè incedens. *it.* Vestis, nec exigua, nec magna. *Gigg.* 2, Sagitta alata cuspidis expers. 3, *c* ة Arundo. Dorsi pars prior. *Gigg.*

גבץ SYR. ܓܒܨܳܐ Labrum fontis. *F. Pl.* ܓܒ̈ܨܐ Placentæ. *BB.*

ÆTH. ግብጽ : *et* ግብፅ : Ægyptus. Ps. 67. 34. *et* 113. 1. Matt. 2. 13. ግብጻዊ : Ægyptius. Act. 21. 38. *Pl.* ግብጻውያን :

AR. II. جَبَّصَ Gypso obduxit. *Sb.*

جِبْصٌ & جِبْصِينٌ *i. q.* جِصٌّ Gypsum. *Sch. & G. de Sil. p.* 203.

גבק الجُوَيْق. *Int. Aljebich. B. Algivich est* Instrumentum ligneum, quo pasta dura malaxatur & comprimitur: cujus una extremitas tenetur sub ascella, & altera figuræ rotundæ latæ deprimitur in pasta; *Venetiis dcr.* la Crozzola. *Avic.* II. *p.* 105. *l.* 30. *Ar.*

جبيقة *v. sub.* جبث.

גבר גָּבַר Valuit *viribus, virtute, fortitudine, autoritate,* Prævaluit, invaluit, validus, robustus fuit. Ps. 103. 11. Exod. 17. 11. *Fut.* Gen. 7. 18. 1 Sam. 2. 9. *Pih.* גִּבֵּר Roboravit, corroboravit, Zach. 10. 6. *Fut.* Eccles. 10. 10. *Hiph.* הִגְבִּיר Id. Dan. 9. 27. *Fut.* Ps. 12. 5. *Hithpa.* הִתְגַּבֵּר Viriliter se gessit, invaluit. *Fut.* Isa. 42. 13. Job 15. 25. *et* 36. 9.

גֶּבֶר m. Vir, *qs.* Validus, *ut* Vir *à* viribus. Job 10. 5. *It. distributivè* Quisque, quæque, *&c. de animalibus, ut* Joel 2. 8. *Pl.* גְּבָרִים Jer. 41. 16.

גְּבַר m. Id. Ps. 18. 26.

גִּבּוֹר m. Potens, validus, robustus, fortis. Jer. 9. 22. *Af.* 1 Sam. 17. 51. *Pl.* גִּבּוֹרִים Prov. 21. 22. *Const.* 1 Par. 5. 24. *Af.* Hos. 10. 13.

גְּבוּרָה f. Virtus, potentia, fortitudo, robur. Ps. 89. 14. Exod. 32. 28. *Const.* Psa. 147. 10. *Af.* Isa. 33. 13. *Pl.* גְּבוּרוֹת Psal. 106. 2. *Af.* Psal. 150. 2.

גְּבִיר m. Herus, dominus, *dominio et autoritate potens.* Gen. 27. 29, 37.

גְּבִירָה f. Augusta, *de Regina tm. dcr.* 1 Reg. 15. 13. 2 Reg. 5. 3. *et* 10. 13. Jer. 13. 18.

גְּבֶרֶת f. Hera, domina *quælibet.* Isa. 47. 5, 7. *Af.* Gen. 18. 8.

CHAL. גְּבַר *i. q. Heb. ibid. Pah.* גַּבַּר Virum, *vel* virilem effecit, roboravit, viribus instruxit, vires auxit *alicui. Part.* Amos 5. 9, 24. *Fut.* Zach. 10. 6, 12. *Aph.* אַגְבַּר Id. Ps. 117. 2. *Fut.* Isa. 41. 26. *Ithp.* אִתְגַּבַּר Invaluit, viriliter se gessit, roboratus est. Ps. 131. 2. *Part.* Eccles. 10. 4. *Pl.* Exod. 17. 11. *Inf.* לְאִתְגַּבָּרָא 2 Sam. 22. 3. *Fut.* Job 15. 25. Ps. 12. 5.

גְּבַר, גַּבְרָא, גּוּבְרָא, גְּבָרָא Vir. Deut. 22. 5. Ps. 128. 4. Prov. 28. 3. *It.* Quisque, *ut Heb.* אִישׁ. Lev. 17. 3. Joel. 2. 8. *Pl.* גַּבְרִין Jer. 41. 16. גַּבְרַיָּא c. 43. 6. *Af.* Jos. 10. 2. *Talm. Berach. f.* 63. 1. *Metz. f.* 97. 1. *It.* Virilitas, virilitatis membrum. *Pl. Af.* בְּבֵית גּוּבְרֵיהּ In loco virilitatis ejus, Num. 25. 8. *Jon.* בֵּית גִּיבְרֵיהוֹן Id. Deut. 25. 18. *Jon.* גִּבְרֵיהּ Job 40. 12. *Reg. Tal.* בַּעַל גֶּבֶר Dominus virilitatis, membro prælongo præditus, *Bechor. f.* 44. 2. *Mis.*

גִּבָּר Potens, præpotens, validus, valens, robustus. Gen. 10. 9. *Pl.* גִּבָּרִין Jos. 10. 2. *Emph.* 2 Sam. 1. 19. *Const.* 1 Sam. 2. 4. *Af.* Isa. 13. 3. Jer. 26. 21. *et* 46. 5. *Rab.* איזהו גבור הכובש את יצרו Quisnam est fortis? qui subigit concupiscentiam suam, *Avoth c.* 4. *Quæstionem esse aiunt à rege Alexandro* 70. *senioribus propositam. v. Meor enajim f.* 54.

גִּבָּרַיָּא Fortes, gigantes. Deut. 2. 11, 12. *Jon.* גִּבָּרָאֵי Id. Gen. 15. 20. גַּבְרָן Virilis, strenuus. *Fœm.* גַּבְרָנִית *Kabvenaki* Prov. 12. 4.

גַּבְרְתָנִית Valida, robusta, *qs.* Virilis. *R. Sal.* Isa. 15. 5.

גֶּבֶר Gallus gallinaceus, *i. q.* תַּרְנְגוֹל: *Unde illud* מֵעֶצְיוֹן גֶּבֶר Ex Etzion Gebher, Deut. 2. 8. Num. 33. 36. *Jonathan transtulit* מִכְּרַךְ תַּרְנְגוֹלָא Ex urbe galli. קְרִיאַת הַגֶּבֶר Cantus galli, gallicinium, *Joma f.* 20. 1. 2. *f.* 21. 1. *Fœm.* גַּבְרִית Gallina. *Schab. c.* 6. *fi.*

גְבוּרְתָא ,גְבוּרָא Virtus, potentia, fortitudo. Psa. 89. 14. Isa. 11. 2. *Af.* Jer. 16. 21. Ps. 150. 2. *Pl.* גְבוּרָן 1 Sam. 2. 4. *Af.* גְבוּרָתוּ Potentias suas, Ps. 145. 12. *Rabb. et Cabbal. est* Epitheton Dei; *et signif.* ipsum Deum præpotentem, *ut* מפי הגבורה ex ore potentiæ, צא ותמלך בגבורה Exi, & consule potentiam. *Elia Thisb. Ubi monet hoc sensu tm. usurpari c. articulo* ה, *ut Græci dicunt* ἡ δύναμις. *In hunc sensum quidam illud expon.* ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως Marc. 14. 62. *confer* Luc. 22. 69.

גְבָרוּת ,גְבָרוּתָא Fortitudo, potentia. Prov. 8. 14. Jerem. 10. 6. *Af.* Jerem. 49. 35. *Pl. Af.* וּגְבָרָוָתָךְ & virtutes tuæ, Isa. 63. 15.

גַבְרִיאֵל Gabriel, Angeli nomen ex quatuor illis qui circumstant solium Dei. Exod. 24. 10. *Jon.* Psa. 137. 8. Esth. 4. 12. *v. Maimon. d. Fund. leg. per G. Voss. p.* 19.

תִּגְבּוֹרֶת Potentia, fortitudo, *Urim vethummim f.* 14. 2. תִּגְבּוֹרָה Exuberantia. *Sch.*

הִתְגַּבְּרוּת Temeritas, audacia. *More f.* 52. 1.

SYR. ܐܬܓܢܒܪ ,ܓܢܒܪ Convaluit, viguit, viriliter egit, virum se præstitit: confortatus est, roboratus est: *Part. Pl.* Eccli. 39. 20, 39. *Imp.* 1 Cor. 16. 13. *Fut.* Isa. 42. 13.

ܓܒܪ ,ܓܒܪܐ Vir. *Filius natus donec à fasciis solvitur* ܥܘܠܐ *dcr. dum lactens est,* ܝܢܘܩܐ, *usque ad septimum annum* ܫܒܪܐ *usque ad duodecimum* ܛܠܝܐ, *usq; ad octodecimum* ܥܠܝܡܐ, *usq; ad vigesimũ quintum* ܛܠܐ, *à vigesimo quinto ad quinquagesimum* ܓܒܪܐ *dcr. Cat. Patr.* Rom. 7. 3. Act. 13. 7. *pec.* Vir nobilis. Isa. 5. 15. *Af.* Mat. 1. 16. *Pl.* ܓܒܪ̈ܝܢ & ܓܒܪ̈ܐ Act. 1. 16. & 8. 2. & 11. 11.

ܓܒܪܬܐ Virago. *F.* ܓܒܪܘܢܐ Vir parvulus, homuncio. ܓܒܪܘܢܝܬܐ Virago.

ܓܒܪܢܝܬܐ Virtute prædita. Prov. 12. 4.

ܓܒܪܘܣܐ Vir parvulus, homunculus.

ܓܒܪܘܣܘܢܐ Id.

ܓܒܪܘܬܐ Virilitas, virilis animus, virilia.

ܓܒܪ̈ܘܬܐ Virtutes, prodigia. Act. 2. 19, 22, 43. *et* 4. 30. *et* 7. 36. *et* 15. 12. 2 Cor. 12. 12.

ܓܢܒܪܐ Gigas, fortis, potens, robustus, strenuus. *Pl.* Gen. 6. 4. *Fœm.* ܓܢܒܪܬܐ *Const.* Isa. 47. 5.

ܓܢܒܪܘܬܐ Fortitudo, potentia, robur. *Af.* Ps. 71. 16.

ÆTH. ገብረ፡ Fecit, formavit, ordinavit, functus, operatus fuit. Ps. 104. 4. *et* 105. 22. *et* 110. 4. *et* 120. 2. *et* 123. 8. *et* 133. 4. *et* 134. 6, 7. *et* 135. 4, 5, 7. *et* 145. 4. *et* 147. 9. Gal. 4. 4. Eph. 2. 15. *et* 3. 11. *Imp. et Fut.* Mat. 7. 12. Rom. 14. 1. ወኢትግበሩ፡ ለአድልዎ፡ At *hoc* nè faciatis ad hypocrisin. *It.* Perfecit. Heb. 10. 14. Profecit. Gal. 1. 14. IV. አግበረ፡ Fieri curavit, effecit, ursit; coëgit, impulit. Mat. 14. 22. Mar. 6. 42. Luc. 24. 29. Act. 16. 15. 1 Cor. 7. 37. 2 Cor. 12. 11. Gal. 2. 3. *Fut.* v. 14. c. 6. 12. Jac. 1. 20. V. ተገብረ፡ Negotiatus, operatus est. Mat. 5. 16. Luc. 10. 13. 2 Cor. 3. 7, 9. Apoc. 18. 16. ተገብረት፡ Negotiata est, *pro Gr.* κεχρυσωμένη *legebat Æth.* κεχερσωμένη. *D. L. Imp.* Luc. 19. 13. *Fut.* Mat. 14. 2. Phil. 1. 27. & 2. 12. 1 Thess. 4. 11. 2 Thess. 3. 12. Jac. 4. 1, 13. *It.* Creatus est. *Miss. Æth. p.* 160. *l.* 24. X. አስተግበረ፡ Exegit. Matth. 25. 27. Luc. 19. 23. Operam præstitit. Act. 19. 24.

ገብር፡ Servus, famulus, puer, operarius. Mat. 25. 21. 2 Cor. 8. 23. *et* ገብወር፡ *R. & C.* Ps. 118. 49. *At* ገብረ፡ *Poc. Pl.* አግብርት፡ Ps. 73. 24. *et* 112. 1. *et* ገበርት፡ Ps. 13. 8. Et nonne cognoscent omnes ገበርት፡ Operarii iniquitatis? *ita R. C. et P.* Ps. 5. 6. & 104. 4.

ግብር፡ Opus, res, negotium, factum. Ps. 100. 4. Act. 13. 2. *It.* Oportet, opus, necesse est. Mat. 18. 7. *et* 24. 6. Luc. 17. 1. *et* 23. 17. Heb. 7. 27. *et* 8. 3. *et* 9. 16, 23. *cum* በ፡ ex necessitate, cum coactione. Luc. 14. 23. በግብር፡ Rom. 13. 5. Act. 15 29. *ubi ad præc. vers. est potiùs remittendum.* Fortassis, fortè, *Syr.* ܟܒܪ Luc. 4. 23.

ገባሬ፡ Factor. 3 Joh. 11. Rom. 9. 21. ለገባሬሁ፡ factori suo. Matth. 11. 19. *et* 9. 37. ገባሬ፡ *Pl.* ገባርያን፡ Operantes, facientes. 1 Pet. 3. 6. በዘ፡ ትከውኑ፡ ውሉደሙ፡ ለገባርያን፡ ሰላም፡ In quo filii estis operantium (conciliantium) pacem.

ግብርናት፡ Servitus. ምግባር፡ Opus, studium, operatio; Modus. Ps. 9. 11. *et* 13. 1. *et* 34. 20. *et* 85. 7. Heb. 10. 26. ወበምግባር፡ & cum studio (deditâ operâ) Rom. 3. 2. በኵሉ፡ ምግባር፡ per omnem modum.

ተግባር፡ Opus, negotium, negotiatio. Ps. 70. 17. *et* 89. 17. *et* 104. 34. *et* 108. 10. Act. 19. 25. 1 Thess. 4. 11. 2 Thess. 3. 12. 1 Tim. 6. 5, 6.

ገብርኤል፡ Gabriel. Luc. 1. 19.

AR. جَبَرَ, *Act.* جَبْرٌ *et* جُبُورٌ, Religavit, consolidavit, integritati reddidit fractum *os. cca.* Ps. 59. 4. *et* 67. 10. *et* 146. 3. *Ro.* Es. 30. 26. *Seld. Avic.* I. *p.* 54. *l.* 9. *et* 184. 10. *et* 205. 10. *et* II. *p.* 109. *l.* 7. *Ar. aut* post paupertatem, *&c. amicum. cca.* 1 Cor. 16. 17. *Erp.* 2, *Intrans. Act.* جبور *Zjubouron*, Restauratus isthoc modo fuit. II. *i. q.* 1, I. *et in gen.* Benefecit. IV. Invitum adegit *ad rem. cc* على *r.* 2, Retulit ad redintegrationem, eique attribuit, *s.* vocavit integrum. *ccap.* V: Superbivit, extulit se. *et* Contumax fuit. Invaluit *contra aliquem. cc* على *p.* Job 15. 25. 2 Par. 16. 3. Jac. 2. 6. Fortis, roboratus fuit: acquisivit vires. 1 Sam. 2. 9. 1 Par. 22. 13. 2 Par. 16. 8. *et* 17. 1. *et* 25. 11. 2, Pastu absumpta regerminavit *planta. à* 1, I. *Gol. et* Dives est effectus post paupertatem. & Convaluit ægrotus. *Gigg.* VII. Restauratum fuit *os. Avic.* II. *p.* 108. *l.* 15. *Ar.* VIII. *et* X. *i. q.* 1, I.

جَبْرٌ *Act.* I. 2, *contr.* قَدَرٌ, *estque* جبرية. اسناد فعل العبد الي الله *v.* 2 *signif.* 3, *Mathem.* Reductio partium ad totum, *s.* fractionum ad integritatem; *Et hinc* Algebra *nomen habet.*

جَبْرٌ *Act.* I. & Reparatio *ossis fracti. Avic.* I. *p.* 51. *l.* 29. *et* II. 80. 29. *Ar.* 2, Rex, dominus. *et* Servus. Fortis, audax: Adolescens. *it. i. q.* عود, Lignum. *Bd.* Reditus. *Gigg.* Impotentia. *Id.*

جَابِرُ بْنُ حَبَّةَ, *etiam* أَبُو جَابِرٍ, *et* جَابِرٌ Panis. *qs. corroboret.* 2, *prim.* Fractorum ossium religator. Ps. 146. 2.

جُبَارٌ Impunè licitum; pro quo nihil præstandum. 2, Nomen antiquum diei Martis. 3, Res futilis. Vanitas. Torrens. *Gigg.*

ذو الجبور Deus. *Gigg.*

جَبَّارٌ, f. ة, Procera *palma*, quæ manu attingi nequit. Magnus & pinguis *camelus*: altus *equus*. Magnus. Gigas. Deut. 2. 10. & 11. 20, 21. Ps. 18. 6. *et* 146. 10. *Cor. Sur.* 14. 16. & 19. 10. *Hinc* Gabbaras *Arabs quidam dictus, homo miræ altitudinis,* 9. *pedum et totidem unciarum. J. Solin. Polyh. p.* 9. *B. Salm. it.* Phantasticus. *Germ. de Sil. p.* 237. & *pro* מצא את־הימם *Ar. Sam.* [illegible] Invenit gigantes, Gen. 36. 24. *pro* mulos. & *conv. c Targ. On.* & *Ch. Sam.* Præpotens, validus. Παντοκράτωρ, Omnipotens. & Αὐτοκράτωρ, absoluti imperii dominus. & *sic de Deo. Hebr.* גבור Ps. 23. 8. *Ro. et* 32. 16. *et* 44. 4, 6. *et* 94. 2. *Ro.* Eccli. 44. 21. *etiam in malam partem* Quem ira ad cædem impellit. *Pl.* جَبَابِرَة *et* جَبَّارُونَ Magni. Gigantes: Tyranni. Potentes. Superbi. Contumaces. Gen. 6. 4. Num. 13. 29, 34. Jos. 6. 1. *Pocock. Spec. H. A. p.* 3. *l.* 14.

جِبِّيرٌ Admodum superbus. & *Algibbar*, Orion asterismus septentrionalis 38. stellas habens. *Alfrag. Bd. Sch.*

جُوبَرٌ & جُوَيْبَارٌ, *al.* جُوبَبَار, *à Pers.* جو Fluvius parvus & بار locus fluentis aquæ) Fluvius *s.* provincia in Damascena Syria. *Bd. Gig.*

جَبْرَة *Andalusiis* Holostium. *Diosc.* IV. 11. الانجبار Herba utilissima, ex qua conficiunt vinum. *Bd. Gig.*

جبيرة *gubeira* Pulegium. *Sch.*

جِبَارَة *et* جَبِيرَة, *Pl.* جَبَار *et* جَبَائِر, Pericarpium, armilla, *s.* ornamentum carpi. 2, Ferula, tabella lignea levis, *etiam* fascia, quales fractis ossibus continendis circumponuntur. & Hastella *s.* Astella, instrumentum Chirurgicum, quo utuntur in locatione ossium fractorum. *Avic.* II. *p.* 86. *l.* 23. & 111. 14. *Ar.* 3, Nubes discolor fulgure prædita. *Gig.*

جَبْرِيَّة, جَبُّورَة, جَبَرُوَة, جَبَرُوت, Superbire. *it.* Magnitudo potentiæ & dominatûs. Fortitudo, robur. Deut. 3. 24. Jud. 5. 31. 1 Reg. 15. 23. & 16. 5, 27. Ps. 23. 16. Omnipotentia. Ps. 64. 7. & 67. 36. *Ro.* & 70. 16. & 105. 2. *al.* Regnum cœlorum. 2, *prim. c Artic.* Secta *vel* dogma quod statuit actiones hominis esse Dei. *Gol.* & cogere Deum homines in dictis & factis eorum, nullumque eos in illis habere arbitrium. *Hott. Hist. Or. p.* 354. Gabræi. 3, Impotentia. *Gig.* Restauratio. *Avic.* II. *p.* 103. *l.* 46. *Ar.*

القرحة الجبروية Ulcus Chironium, *à Medico hujus curatore ita dictum. Avic.* I. *p.* 39. *l.* 9. *Ar.*

مُجَبِّرٌ Qui fracturas ossium religat reparatque. *Avic.* II. *p.* 102. *l.* 41. *et* 103. 19. *Ar.* 2, Coactus *necessitate.* 1 Cor. 9. 16. *Erp.*

مجبور Restaurandus: restauratus. *Int. Avic.* II. *p.* 109. *l.* 50. *et* 110. 2. الانجبار Restauratio. *ib. p.* 108. *l.* 25. *Ar.*

تَجَبُّرٌ Fastus, *animi* pertinacia. Es. 13. 11. *Seld.* Eccli. 10. 21. & تجبر Contumacia, obstinatio. *Germ. de Sil. p.* 323.

مُتَجَبِّرٌ, ة, Pervicax, fastuosus. Eccli. 10. 6. Arroganter, superbè. Act. 12. 21. Leo. *Bd. Gig.*

جَبْرِيلُ, جَبْرَائِيلُ *et* جَبْرَائِيلُ, & *sine Hamza*, & جَبْرَاعِلُ & جَبْرِينُ, Gabriel, angelus Dei potens, *unde nomen: quem Arabes Spiritum S. esse aiunt. Gent. ad Rosar. Polit. p.* 533.

גבש גְבִישׁ Gemma, margarita pretiosa; Unio: Crystallus. Job 28. 18. *R. Jona*, Polymitum, *h. e.* Vestes polymitæ *s.* variegatæ: *convenit hic sensus c. præc. voce* ראמות *ex versione Aquilæ*, Serica: *Ch. a.* סורקי *teste Gloss. in Jalcut,* & *Chagig.* 16. 2. *est i. q.* רקמה & בגדי מלכות: & *c. seqq.* ומשך חכמה מ׳ Illectio (משך *n. i. q.* פתה *D. Kim.*) sapientiæ παρὰ τὰ περίβλεπτα, ultra ea quæ sunt spectabilia, *idem Aquila, quem proprietatis linguæ Hebr. ferunt callentissimum. Primò Metalla S. Job in lance posuerat principaliora, tum lapides addit pretiosiss. demum* Vestes *hîc immittit maximè gloriosas, quarum fulgore percelluntur oculi, præsert. sexûs sequioris.* Ezech. 23. 12. *Hisce præponderat omnibus Sapientia.*

אלגביש *v. in* אלג.

CHAL. גְבַשׁ Congregavit, comportavit. *Part.* Prov. 6. 8. *G. F. putat mendosum esse pro* גָרְשָׁא.

גַבְשׁוּשִׁית Eminentia, collis, colliculus, tumulus exiguus. Eccl. 12. 5. *Regia habent* גַלְשׁוּשִׁיתָא נבשושית הארץ Terra elevata inter duos sulcos. גבשישות הדרכים Asperitas viarum. *Tal. Schab. f.* 152. 1. *Pl.* גבשושיות *R. David* Jos. 8. 33.

גוּבְשְׁתָא ,גוּבְשָׁא Id. *Sic quædam exempl. at nunc pro eo legitur* גבעתא *teste R. Davide in Comment.*

AR. جَبَسَ Abrasit *pilos. cca.* & *gebesch* Hiscere. *Sch.*

جَبِيسٌ Rasa pubes. *Gol.* Turba abraso crine. *Gigg.*

جبس *gubisch* Suffusio. *Sch.*

גבח

גבת CHAL. גּוּבְתָּא Meatus; calamus, canalis, *pec.* per quem è poculo hauritur potus, *aut* qui in vas vini supernè immittitur, ut educatur vinum, *quales viatores & aurigæ habere ſolent. Schab. f.* 66.2. *Joma f.*84.1. *Chol.f.* 58. 2. *Berach.f.* 18. 2. *v. et* Eſth. 1. 3. *Targ.* 2.

SYR. ܓܒܢܐ Laſer. *BB.* Caſeus. *v.* גבן.

ÆTH. ግብተ: Repentè, ſubitò, ſtatim; repentinus. Deut. 32. 17. Pſ. 63. 4. & 72. 19. *et* 80. 8. Marc. 9. 8. Luc. 2. 13. Act. 9. 18. Heb. 10. 20. *Ar.* بغتة.

ገበታ: *Nom. prop.* Gabbatha. Joh. 19. 13.

AR. جِبْتٌ Omne numen falſum. Idolum. 2, Homo impius. Magus. Augur. *& ipſa* Magia. *Exotic. fo. ab Æth.* ግብጽ: Ægyptus, *unde* ግብጻዊ: *quod tum* Ægyptium *denotat, tum etiam* Magum.

¶ جُبْشُوشَةٌ, *& c* ب, جَبْشُوشَةٌ *legit Gig.* Mulier deformis, nigra.

الجبوثر *vel Algebugthar, i.e.* Directio gradûs aſcendentis. *Bd. Alkab.*

גדד גַּד m. Coriandrum. Exod. 16. 31. *Herba eſt ſec. Hebr. cui nomen* אַלִינְדְּרִי, *Joma f.* 75. *Arab.* אלכסבור *D. Kim. Avic.* I. *p.* 197. *l.* 8. *v. An. Sam. ad loc. v. et* גדד.

CHAL. גַּד, גַּדָּא Sidus fauſtum, cujus virtute proſpera homini eveniunt, fortuna bona, Dea fortunæ & proſperitatis: *ſic illud* בָּגָד *accipiunt* Gen. 30. 11. *v. R. Sal. et Jonath. in loc. Hinc antiquitus lectum ſplendidum ſinguli in ædibus ſuis ſtratum habebant, nec ulli ſerviebat, niſi* לשר הבית principi domûs, *ſ.* למזל Syderi, Fortunæ, *ut ea benignior eſſet: Hic* ערשא דגדא lectus bonæ Fortunæ *vocabatur. Nedar.* 56. 1. *Sanh.* 20. 1. *et* 67. 2. *Breſh. rab. ſ.* 71. *et ſ.* 65. *It.* Fortuna *in genere: unde* ביש גדא Fortuna mala, *Sanhedr. c.* 11. *ſ.* 56. *Gem. ſic* צַיַּיר עֲלָהּ גַּדָּא Depicta erat in ea fortuna, Eſth. 8. 13. *in Venet.*

חגדא *v. in lit.* ח.

SYR. ܓܕܐ Fortuna. *Af.* Gen. 30. 11.

ܡܓܕܢܐ Fortunatus, proſper. *F.* Fumus fornacis. Capricornus, *ſignum in Zodiaco. BB.*

ܓܕܝܘܬܐ Proſperitas, fœlicitas.

ÆTH. ጋድ: Donum, tributum. *pec.* Cenſus capitis. Mat. 17. 25. *Inter ſummas Dei benedictiones recenſitum eſt olim, cùm ii, qui cenſum, & tributum aliquando ſolverint, illud poſtea ab aliis exigendi haberent poteſtatem. v.* Pſ. 71. 10. *Æth. Hinc* Gadi benedictio. *v. in* גדד.

ጋድ: Gad, *Nom. prop.* Gen. 30. 12.

גדד גָּדַד Turmatim convenit, excurrit, excurſionem fecit, irrupit; ut milites ad agros depopulandos. *Fut.* Pſ. 94. 21. *v. &* Gen. 49. 19. *et* Hab. 3. 16. *Hithp.* הִתְגּוֹדֵד Id. *It.* Laceravit, *vel* incîdit ſe, cæſuram ſibi induxit. *Part. Pl.* Jer. 41. 5. *Fut.* Mich. 4. 14. Jer. 5. 7. *et* 47. 5. Deut. 14. 1.

גְּדוּד m. Turma, cohors. Gen. 49. 19. Pſ. 18. 30. *pec.* militum graſſantium. *It.* Sulcus, lira. *Pl.* 2 Reg. 5. 2. *Conſt.* c. 24. 2. *Af.* Job 19. 12. גְּדוּדֶיהָ Liras ejus, Pſ. 65. 11.

גְּדוּדוֹת f. p. Cæſuræ, inciſiones. Jer. 48. 37.

גָּד m. Turma. בָּגָד Venit turma. *Al.* Venit proſperitas, *vel* fælicitas, Gen. 30. 11. *pro* בָּא גָד. *v. Ch. Hoſce ſignificatus aliis Scripturæ locis minimè nego, huic a. alius fo. erit magis appoſitus,* Venit *ſc.* Cenſus tributum. *v. Æth.* ጋድ: *Erat Gadica Tribus ſors in ultimis terræ Sanctæ finibus ſita: Limitaneorum v. omnium (qualis quidem Gad erat)* Joſ. 13. 8. *ferè hæc eſt conditio, ut utriq; parti, vel ſi datur, pluribus,* tributum *ſolvant; hoc etiam videtur Ammonitis aliquando præſtitiſſe Gad,* Jud. 10. 7, 8. Jer. 49. 1. *At tandem, juxta Vaticinia de eo prolata, magno cum honore,* Dona, tributa, cenſus, *et* oblationes, *etiam ab inimicis ejus reportabat.* 1 Chron. 5. 18, *&c. v.* Gen. 49. 19. *Ch. et confer cum* Joſ. 4. 12. *et* 22. 1, 2, 8. *Sic Leonis inſtar,* Deut. 33. 20. *ſpolia et* tributa, *qs. à minoribus animalculis, ſibi parabat, et colligebat,* عكرس (*ut Interp. Arabico-Samar. utar voce, quâ futuram tribûs hujuſce conditionem prædixerat pater ejus moriturus.*) *v. An. Sam. ad* Gen. 49. 19. *et* Joſ. 22. 8. *Mitto* (*quod innuere vr. vox* Turma) *inter numeroſiores Tribus illa Gadi (ni fallor) nuſquam reperitur. Optimè etiam conv. hic ſenſus cum illo* Iſa. *textu* c. 65. 11. לַגַּד Cenſui *accipiendo* paratis menſam, & libamen numero, *h. e.* numeratoribus, *ſ. pecuniam* numerantibus.

גָּד Gad, *Nom. prop.* Gen. 30. 12. *v.* גד.

CHAL. גְּדַד Exſcidit, diſcidit, ſuccîdit, incîdit, *i. q. Hebr.* גזז, *et ab eo. Imp.* Dan. 4. 11. *v. et Breſh. rab. ſ.* 71.

גְּדִידָא Inciſio, cæſura, quæ fit in cute, ob mortuum, vel aliam aliquam ſuperſtitionem.

גְּדוּד *Nomen* urbis. *Erach. f.* 32. 1.

גְּדוּדִין Salebræ: *vel* Colles, elationes, eminentiæ, loca elevata. Iſa. 40. 4. *Conſt.* מִגְּדוּדֵי גִּבָּרַיָּא A ſalebris, *i. e.* ſuperbiis, & elationibus virorum, Pſ. 31. 21. *Al.* Ab exercitibus, *vel* turmis potentum. *Pſalt. Nebien.* מִגַּבְרֵי גְּדוּדֵי Ab hominibus contentioſis. *Talm.* גִּידוּר Id. *Eruvin f.* 93. 2. *Gittin f.* 15. 2. *It.* Rudera *ſ.* fragmenta muri collapſi, *vel parietis,* remanentia, *Eruvin f.* 60. 1. Labium, ora, extremitas. *Gloſſ. Pl.* גדודיות *Eruvin c.* 5. *ſ.* 1. *Quid ſunt* גדודיות? *Dixit R. Jehuda,* Parietes ſuper quibus nulla eſt contignatio. *Gemar. Ib. Et in Schab. f.* 41. 1. גדודי *in Gloſſ. expl.* Cujus ripa, *vel* littus, eſt in altum. *In his convenire videtur cum* גדא.

גְּדִידָא Linteum, mappa. *DP. Aquin.*

גדודקא *v.* גדנ.

SYR. ܓܕ Abſcidit, traxit. *Imp.* Cant. 1. 3. *Fut.* Gen. 49. 19. ܓܕ Gad. *Nom. prop.* Viri.

ܓܕܝܐ Pecus. *BB.*

ܓܕܝܐ Licium, ſtamen. ܓܕܝܐ ܕܦܣܝܢ Tela araneæ, Job 7. 6. *Pl.* ܓܕܝܐ Licia, extrema tela quæ abſcinduntur.

ܓܕܝܢܐ p. m. Abſynthium, amaritudines. Job 9. 18. Prov. 5. 4. Lam. 3. 15, 19. Ezech. 28. 24.

ܓܕܘܕܐ Puer reptans, juvenis. *Pl.* Deut. 32. 25. Jud. 14. 10. *Aff.* 1 Sam. 8. 16. Act. 2. 17.

ܓܕܘܢ Saliens, aſcendens.

ܓܕܘܠܐ Aſcenſus, aſcenſio. ܒܝܬ ܓܕܘܠܐ Locus quò aſcenditur ob metum ignis. *B. B.*

ܓܕܘܕܐ Acies militaris, cœtus; Uter ex corio. *Pl.* ܓܕܘܕܐ Turmæ. Gen. 49. 23.

ܓܕܘܕܝܢ ܓܕܘܕܝܢ Turmatim.

ܓܕܘܕܐ ܕܡܙܡܪܢܐ Chorus muſicus. *F.*

SAM. ࠂࠃࠃ Duxit, adduxit, traxit, deduxit; *i. q. Chal.* נגד, *et Syr.* ܓܕ *Angl.* To guide. *cc* ב, *& a.* Exo. 32. 34. c. 33. 14. c. 12. 21. ࠂࠃࠃ Dedicavit. Deut. 20. 5. *It.* Parum dedit, parum boni habuit, *vel* fecit. Abnegavit. *Lit. Dam.* Ego inſtar patris tibi fui, ࠏࠃ ࠋࠀ ࠏࠂࠃࠃ ࠄࠀࠋࠄࠃ ࠄࠀࠋࠄࠃ tu a. parum boni præſtans (abnegans) ex quo natus es. *Hiph.* ࠄࠂࠃࠃ Abnegare fecit. *Ibid.* ࠂࠃࠃࠕ Ornamenta. Exod. 39. 28. ࠏࠂࠃࠃࠉࠍ Theſauri. Exo. 1. 11. *v.* ࠏࠂࠃ.

ÆTH. ጐድጐደ: Pulſavit. Luc. 12. 36. *Part.* Act. 12. 16. *Imp.* Mat. 7. 7. *Fut.* Cant. 5. 2. Apo. 3. 20. VII. አንጐድጐደ: Impetum, tumultum fecit, tumultuatus eſt. Pſ. 17. 15. *et* 28. 3. Act. 7. 57. ነጐድጓድ: Tonitru, tonitrua. Pſ. 76. 17. *et* 103. 8. Mar. 3. 17. Apo. 10. 3, 4.

AR. جَدَّ *Fut.* I. *Act.* جَدٌّ, Magnus fuit dignitate. 3, *ſign.* *it.* divitiis *ſ.* αὐταρκείᾳ. *Gol. et* Pinguis fuit. *Gigg. et Paſſ.* Felix & fortunatus fuit. 2, *Fut.* I. *et* O. *qs.* جَهَدَ, Diligentiâ & ſtudio uſus fuit, nervos intendit. *cc* في *r.* 1 Sam. 23. 26. 2 Macc. 20. 15, 16. & Veridicus fuit. 1 Reg. 18. 24. 3, *Fut.* I. Novus fuit. 4. *Tranſ. Fut.* O. Reſecuit veſtem *textor, ſ. tantam de tela partem, quæ X. cubitis longa novæ veſti ſufficeret,* abrupit. 5, Putavit *palmam,* reſecuitve ejus fructus; *ſ.* manu ſtringente eos avulſit de racemi ſcapo, *ita &* cultello ſpinas de lateribus ramorum: *quibus rebus palma qs. renovatur.* II. Renovavit, novum fecit. *cca.* Gen. 29. 35. Pſ. 50. 12. *et* 103. 30. Act. 15. 16. Ebr. 10. 2. 2, Pracîdit uber cameli. 3, Strias verſicolores intexuit veſti. III. Stricto jure egit, *aut* contendit *cum alio. ccap. et* في *r.* 2, Diligenter & ſtudioſè operam dedit *cum aliquo.* 3, Conſecravit, dedicavit *illud Deo. Gigg.* IV. *i. q.* 2, I. *et* II. 3, *et* أجد بها امرا, Per illud invaluit & increvit res ejus. 4, Per regionem duram & æqualem profectus fuit. *et* Dura ac æqualis fuit *ipſa via.* 5, Putationi *aut* fructuum reſectioni proxima & idonea fuit *palma.* 6, Reliquit *eum. Gigg.* V. Innovatus fuit, *vel* novus evaſit. Pſ. 38. 3. *et* 102. 5. 2 Cor. 5. 18. *Erp.* Eph. 1. 10. E. & 4. 23. Col. 3. 10. E. *Conf. An. Sam.* Deut. 18. 20. 2, Lacte deſtitutum fuit *uber.* X. *i. q.* II. *et* IV. Renovavit. *cca. et* Novum cepit, pro novo habuit. & *pro* השעיר *R.*

جَدٌّ, *Act.* 1, 4, 5, I. *f.* ـُ, *Pl.* أَجْدَادٌ, جُدُودٌ *et* ـُ, Avus, *ſ.* paternus *ſ.* maternus. Gen. 32. 0. 1 Tim. 5. 4. f. Avia. 2 Tim. 1. 5. *Pl. prim.* ياجدّ ἀνώθεν. *Id. fo.* οἱ ἄνωθεν Juniores *noſtri. R.* ... θεν Majores, avi. 2, Felicitas. Gen. 30. 11. *Erp. et Nom. propr.* Gad. *ib.* & Magnitudo dignitatis & gloriæ. & Αὐτάρκεια, *utì Dei.* & Divitiæ. 3, جدّ أمر Feſtinantia & deproperatio rei. 4, Paſſus, greſſus. 5, Ripa fluminis.

جِدٌّ *Act.* 2, I. عالم جِدّ عالم Doctiſſimus & rerum cognitione cumulatiſſimus. *Gigg. et ipſum* Studium, opera, ſedulitas, ac labor. 2 Macc. 20. 14. 2 Cor. 8. 16. *Erp.* 2, Pinguedo, butyrum. *Bd. Gigg.* 3, *c He fin.* Quod canis collo appenditur. *Id.*

جُدٌّ Puteus, in loco pabuli abundante, antiquus. Multæ, *et contrà* Paucæ aquæ.

جِدًّا Valde (خَطَرٌ جِدُّ عَظِيمٍ *pro* عَظِيمٌ جِدًّا Periculum valde ingens.) Pſ. 6. 4, 11. *et* 20. 1. *et* 37. 9. Mat. 27. 54.

جَدَدٌ Terra dura ac plana. 2, Vir magnæ authoritatis *et* fortunæ. *Bd.* 3, Aliquid ſimile ſciſſuræ *ſ.* morbo variolarum in collo jumenti. *it.* Minuta arena. *Gigg.*

جُدَدِيّ *pro* جُدَرِيّ Variolæ. *Mend. in Avic. impreſſo. Gigg.*

جَادٌّ *&* مُجِدٌّ Diligens, & nervos intendens.

جَدَادٌ, *&* جِدَادٌ *Pl.* جُدُودٌ 2, *ſign.* Putatio palmæ, *aut* palmularum reſectio. 2, *poſter. pro* جَرَادٌ Locuſta. *Avic.* I. *p.* 154. *l. ult. Ar. fo. mend. Int. n. legunt Gjorâd. et* Vini venditor: medicina ex vino; *it.* Avis quædam. *Avic. Gigg.*

جُدَّادٌ *à Perſ.* كُدَادٌ Tritæ veſtes. *et* Fila, *aut* rami perplexi. 2, Pumilæ palmæ, aliæve arbores.

جَدُودٌ, *Pl.* جَدَائِدُ, *i. q.* أَجَدُّ,

f. جَدَّاءُ Ovis cui parum, *aut* nihil lactis eſt. *prim. citra malum, morbumve accidens; ultim. per vitium.* Capra talis مصرور *dcr. et* Succiſa *res. Gigg.* 2, *ultim.* Parvis mammis *mulier; it.* auribus præciſis. *Gigg. et* Aquæ expers *deſertum.* 3, *prim. Pl.* جَدَادٌ Aſinæ pingues.

جَدِيدٌ, *et ſimile ſeq.* خَطِيطٌ, *i. q.*

جَدِّيٌّ *et* حَظِّيٌّ *ſimili ſubjecto,* Fortunatus, fœlix, 2, *prim.* Novus, *oppoſ. trito.* Pſ. 32. 3. *et* 39. 4. Matth. 9. 17. 2 Cor. 5. 17. Col. 3. 10. *et* يوم الاحد الجديد Dies

Dominica nova, *i. e.* in Albis Act. 5. 12. *tit. et hinc* 3, *Pl.* جدد, Amputatus & reſectus à tela pannus, noviter confectus. Deut. 32. 17. *Erp.* 4, Solum *terræ.* Gen. 6. 7. Eccli. 10. 17. *et* 33. 13. *et* Mors, *qs. ſemper nova ſit. Gigg.* جديدان *et* أجدان Nox & dies, *quia novi ſemper ſuccedunt: unde* ما اختلف الجديدان Quoad diſtinguentur ac mutabuntur nox & dies, *i. e.* Semper. مجدود, *& ſimili* مخطوط *poſtpoſito, i. q.* 1, *&* 3, *præc. prox. et* Avum habens, *vel* avo inclytus. *Hiſt. Sarac.*

جدة *Act.* ﻉ وجد, Invenire. *et* Opulentum eſſe ac ſatis habere.

جدة, *Pl.* 2, *ſign.* جدد, Linea *ſ.* ſtria in dorſo aſini, quæ alterius eſt coloris quàm reliquum corpus. 2, Via, ejuſque tractus, trames, *pec.* in monte, diverſi coloris à reliquis partibus. *& Pl.* Novus. 2 Pet.3.10. & ثياب جدد Veſtes *ſ.* panni, quos ab opere textor reſecat. *unde* مجدد Diverſis coloribus ſtriatus *pannus. it.* Renovatus *homo.* Col.3.10. 3, Modus agendi *ſ.* ratio. 4, Facies *ſ.* ſuperficies terræ. *it.* Aquâ carens campus. *it.* Littus Maritimum Meccæ; *et in eo* Locus *ſ.* oppidum, Gjodda. *G. Nub.* p 29 *l.* 11. & 51. 21. & 52. 2. *Ar. Plemp. in Avic.* I. *p.* 128. *l.* 24,25. *Ar.* 5, Fructus velut fructus طلح Muzæ arboris. *Bd. Gigg.*

جادة, *Pl.* جواد, Via major & regia, recta & plana; publica. Num.20.17. & 21.22. Deut. 2.27.

جديدة *pro* جدية Suffultura *ephippii*, tumidior, quà ſtringit equi latera. 2, Novus *pannus*, *vinum.* Matth. 9.16,17. Gal.6.15.

تجديد *et* تجدد Innovatio, renovatio. Rom.12.2. Tit.3.5. *et prim.* Encænia, dedicatio *templi*, *imaginis.* Dan. 3.2,3. Joh.10.22.

جدجد, ة, Via dura & plana.

جدجد, *Pl.* جداجد, *Perſ.* جرد, Inſectum locuſtæ ſimile, *al.* ſcarabæo, noctu ſtridulum edens ſonum, Gryllus, *ſ. cùm impenne ſit*, Tryxalis *Plinii lib.*30. *c.*6. *al.* Noctua. 2, Puteus multæ aquæ. 3, Puſtula in oculi pupilla prodiens. *Gigg.*

¶ جد Fregit. Secuit, abrupit. *cca.* Gen.49. 19. & Acceleravit. *Gigg.* VII. Sectus, abruptuſve fuit. VIII. Idem.

جد *et* جدجدة Acceleratio: abſciſſio rei radicitus. & *ſecund.* Fractio. *Gigg.* جذد *et* جدد *Int.* Squammæ ſuper capita ſerpentum. *Avic.* II. *p.*138. *l.*41. *et* 140. 12. *Ar. fo.* Squammeæ ſuturæ *ſ.* commiſſuræ cranii, quæ ſquammarum modo utrinque ad aures adjacent. *Jun.* Duæ eminentiæ in capite Ceraſtis. *Bd.*

جداد, *ſ. potiùs* جذاذ, Fragmentum, particula. & Quod in partes fractum & comminutum eſt. 2, *ſecund.* Lapis continens minam auri. 3, *primâ Fath. et c He fin.* Rei præſtantia ſupra aliam. *Gigg.*

جدة Veſtis aliquid, *aut* panniculus. *ita dicunt* ما عليه جدة: Veſtis omnis expers ac nudus eſt.

رحم جداء *et* جداء Uterus infœcundus, *vel* interruptæ conceptionis. & Confractus radicitus dens. *Gig.*

جديدة, Αλφιτον *ſ.* ἄλδρα, frumentum decorticatum confractumque.

جذاذة Ἔκβρωμα, quod eroſione decidit.

مجذوذ Abruptus. *hinc* عطاء غير مجذوذ Largitio non interrupta, continua. مجديد Cùm quis eſt alterius aſſecla, nec inde emolumentum percipit. *Gigg.*

גדא ÆTH. ጐድአ: Pectus percuſſit, pulſavit, feriit. Luc.18. 13. Act. 12. 7. V. ተጐድአ: Act. 16. 25. እንገደእ: እንገደዕ: Pectus. *Pl.* እንገድዓት: Deut.32.11. Luc. 23. 48. *Miſs. Æth.* 171.2. AR. *v. ſub* גדו.

---

¹ **גדב** CH. גִּדְבְּרִין Diſpenſatores, œconomi. Eccleſ.2.7. *Der.* & גִּזְבְּרִין *Permutatis* ד & ז. גְּדָבְרַיָּא Theſaurarii, quæſtores, præfecti ærario. Dan. 3. 2. *v. l' Empereur in M. Kim. Gram. p.*73.

SYR. ܓܕܘܒܐ Fæx cujuſcunque rei. *B. B.*

ÆTH. ጐድብ: Securis, aſcia, dolabra. Pſ. 73. 7. Luc. 3. 9.

AR. جدب, جدب, *Act.* 2, *ſign.* جدب & جدوبة *Fut.* O. I. Vitio vertit, vituperavit. *cca.* Laceravit, rupit, abſtulit; & Negavit *Dialecticis. R.* 2, *Med. Damm.* Siccitas anni, & annonæ inopia accidit. III. Sterilem & pabulo carentem habuit *camelus annum. cca.* IV. Sterilitatem anni & annonæ inopiam perpeſſus fuit *populus.* Proventu caruit terra; & Talem comperit *terram. cca.* Pluviam nullam emiſit *cœlum.* V. Siccitate ſterilis fuit *annus.* Proventu caruit *terra*, pluviâ *cœlum.* VII. Adſtitit *alicui ſocius*, & perſeveravit *cum aliquo. Gigg.*

جدب *Act.* I. & *contr.* ﻉ خصب, *i. q.*

جدب, Sterilitas & ſiccitas anni, anguſtia annonæ. Penuria. Hagg. 2.18. & *Adjectivum*, f. ة, Ejuſmodi inopiâ laborans *locus.* 3, Vitium. 4, *pro* שאול, Infernus. Eſa. 14. 15. *Seld.* جدبا Terreſtri itinere. *R.*

جادب *i. q.* كاذب, Falſus, mendax.

جدوب, Sterilis, annonæ inopia & proventu carens.

جديب, أجدب f. جدباء, مجدب & مجدوب, Gravis, annonæ inops, ſterilisve *annus.* & *prim.* Deſolata *terra.* جديب الجناب Undique laborans.

جندب, جندب & جندب Locuſta, & *certa* Species locuſtæ. & *prim. Nom. Propr.* Viri.

ام جندب *Vmmo Zjúndabin*, Injuria, iniquitas. Malum, ærumna. & Fraus.

مجداب Terra vix unquam lætiore proventu gaudens. Gen. 41. 6. *Ar. Sam.*

¶ جذب, جذب, *Act.* جذب, Extendit: traxit, extraxit, attraxit. *cca.* Gen. 37. 28. Jud. 16. 30. 2 Par. 18. 33. Pſ. 9. 11. Eſa. 10. 15. Joh. 21. 8,11. Act. 16. 19. *unde* جذب نفسا او نفسين Attraxit impoſito ore hauſtum unum aut alterum. *it.* Abſtraxit depulitque *de matre pullum. ccar.* & عن *p.* & *contra.* Ex. 5. 4. & Traxit *ad timorem Dei.* 2 Par. 26. 5. Joh. 12. 32. *cc* الى. & Rapuit, abripuitque. *atque Intranſ.* Parum lactis habuit, eove diminuta fuit, *camela.* & Potiorem partem effluxit *menſis.* III. Traxit contra alium: trahendo, & *ſimpliciter* Contendit, *cum alio ob aliquam rem. ccga. Gol.* Removit *rem à ſuo loco*; & Pertranſivit *occultum cruris. Gigg.* VI. Ab invicem traxerunt. & Tractus fuit. Contenderunt inter ſeſe. VII. Citò inceſſit. & Tractus raptuſque fuit. Jac. 1. 17. *Erp.* VIII. *i. q.* 1, I. *cca.*

Job 20. 28. & 21. 33. Pſ. 31. 11. *et* 77. 75. Ro. Eccle. 5. 19. Sap. 19. 4. Joh. 6. 44. Detraxit, impoſuit *alteri.* Gal. 5. 25. *Erp.* Coacervavit. 2 Tim. 4. 3. *Erp.* Attraxit *ſ.* ſubiit *crucem.* Hebr. 12. 2. *Erp.* X. Attraxit, allexit. Prov. 30. 33. Sap. 1. 12. & 19. 3. Jac. 1. 14.

جذب *Act.* 1, I. Attractio. *Avic.* I. *p.* 130. *l.* 22. *et* 139. *ult. Ar. et* Velox *inceſſu.* 2, Siccitas oris, ut cùm ſaliva deficit.

جذب *Coll.* Encephalus *ſ.* cerebrum & medulla palmæ, ſuperiore parte excreſcere ſolita. *v. Gal. l.* 7. *de ſimpl. med. facult.*

جاذب, ة, & جذوب, *Pl.* جواذب & جذاب, Trahens, *ut Magnes ferrum. G. Nub. p.* 3. *l.* 4. *Ar.* Attractiva *vis. Avic.* I. *p.* 33. *l.* 42, 44. *ſeqq. Ar.* Abripiens. 2, Lactis inops *camela.* 3, *ultim. Ag.* III. *Conj.*

جوداب *d. Perſ.* كوداب & جودابات & جودابات, Cibarium ex ſaccharo, oryza *et* carnibus. *et* Carnes aſſatæ cum ſuppoſita oryza, in quam ſtillavit pinguedo. *Avic.* I. *p.* 524. *l.* 32. *et* II. 172. 2. *Ar.*

جذبة Pars viæ longior, *ſ.* diſtantia, tractus. 2, *pro* רווח. *R.*

الجذابة Laquei quidam ex crinibus, quibus avis Canabari, *ſ.* gallina ſylveſtris, alaudæ *ſ.* galeritæ capiuntur. *Bd. Gigg.*

الجذبان Calceorum adſtrigmenta. *Id.*

الجذاب *et* تجذيب, *ſed ad* حدب *pertinet*, Gibboſitas, curvitas *unguium. Avic.* I. *p.* 36. *l.* 34. *et* II. *p.* 118. 33. *Ar.* 2, *prim. i. q.* اجتذاب Attractio. *Avic.* I. *p.* 34. *l.* 23. *Ar.*

مجذوب Attractum. *ib. l.* 26.

גדג CHAL. גְּדָג Anguſta ſemita. *G. F.* גְּדִינוּד Cavea cui includuntur feræ. *Eruvin. Aqu. Eadem apud Tal. dicitur &* גְּדוּדְקָא *dicit Aruch: ſed pro eo nunc legitur* גודוקי.

גִּדְגְּדָנִיּוֹת Ceraſa. *Berach. f.* 57. 2. *In Gem. Erubh. f.* 28. 1. *exponitur* Coriandrum. *ſic & in Gittin f.* 70. 1. *lin. ult.* Herba cujus eſu delectantur Cameli. *Aruch.*

גדה גְּדִי m. Hædus. Gen. 38. 20. Iſa. 11. 6. *Pl.* גְּדָיִים 1 Sam. 10. 3. *Conſt.* Gen. 27. 9. *Fœm.* גְּדִיּוֹת Capellæ. *Af.* Cant. 1. 8.

גְּדוֹת f. p. Ripæ. *Af.* Joſ. 3. 15. Iſa. 8. 7.

CHAL. גַּדְיָא, גְּדִי Hædus. Gen. 38. 20,23. Iſa. 11. 6. *Pl.* גַּדְיָן 1 Sam. 10. 3. וְגַדְיָאִין Et hædos. Deut. 32. 14. *Jon. ubi in T. H.* גְּדָיִין. *Conſt.* גַּדְיֵי Cant. 1. 8. Gen. 27. 9.

גְּדִי Capricornus, *ſignum cœleſte.*

גדיון *Nom. prop.* loci ab idolo, cui dedicatus erat, ſic dicti. *Savim c.* 1. *Locus fuit Hieroſolymis, in quo Reges Græcorum idolum collocârunt. Bartenora. non longè à Shilo. In Aruch diviſim legitur qs.* גד יון *v. Sanh. f.* 63. 2. *Eſt* nomen idoli *inquit Gloſſa.*

גַּדְיָאן Species locuſtæ. *Chol. f.* 65. 1.

SYR. ܓܕܝܐ Hædus. Luc. 15. 29. *Pl.* Mat. 25. 32, 33. *It.* Capricornus *Zodiaci. It.* Saliens, aſcendens. *q. capræ ſaltu delectantur multum, & aſcenſu.*

ܓܕܝܐ Aſcenſus. *F.*

גדו AR. جدا, *ult.* و & ي, *Act.* جدو, *Fut.* O. Rogavit, petiitque quo opus habuit. *cca.* 2, Profuit, commodo fuit. *cc* على *p.* 3, Defecit, defuit; & Percepit; & لا يجدي نفعا Adferre. *R.* 4, ثلاثة جداوه لسبعة Tres ad 7. referunt in ſupputatione. *Bd. Gigg.* IV. Donavit. *cca.* Commodo affecit; Profuit. Sap. 5. 8. Suffecit. Scatuit *malis.* Eccli. 33. 28. & Felix, fortunatus fuit. *G. de Sil. p.* 458. *cc.* فِي. 2, Cruore manavit *vulnus.* 3, Meridiavit, merendavit. *Sch.* VIII. & X. Poſtulavit, petiitve ut daretur quid. Act. 3. 2, 10.

جَدْيٌ, *Pl. pauc.* أَجْدٍ, *mult.* جِدَاءٌ & جِدْيَانٌ Hædus. Pſ. 49. 9. & 65. 15. Luc. 15. 29. Hebr. 9. 12, 13, 19. *Erp. Avic.* 1. *p.* 128. *l.* 36, 37. *Ar.* & Capricornus, *ſignum cœleſte. it.* & Stella polaris.

جَدًا & جَدَي *i. q.* جَدْوَي, Communis, & quoquo verſùs pertingens, latè diffuſa *pluvia. et.* Tale *bonum commodumque.* 2, *abſolutè ut ſubſtantiva:* جَدَى الدَّهر Semper. Seculi poſtremum. & Donum. *Gol.* Præbitio. *Gigg.* & *gadi* Merenda. *Sch. qs. meritum & juſtum poſtulatum poſt labores; niſi error in ſcriptione ſubſit.*

الجَدَاءُ Divitiæ; lucrum; & *primâ Damm.* Supputationis genus cùm tribus additis fiunt ſeptem. *Gigg.*

جَادٍ *pro* جَادِي, Petens & rogans, ut ſibi donetur quid.

جَادِيٌّ Crocus. جَادِيَا *Id. et* Vinum, muſtum. *Bd. Gig.*

جَدَايَةٌ *et* جِدَايَةٌ Dorcas.

قَلِيلُ الجَدَاءِ عن. Vix potis carere *illo. cc*

جَدْيَة *Pl.* جَدْي, جَدَيَات, *i. q.* جَدِيَّة

Pl. جَدَايَا, Pulvillus, *aut* ſimile quid tomento, vel lanâ infartum, pannuſve coactilis, quibus ſuffulciuntur latera ephippii, ſellæve camelinæ. 2, Cruor fluens. *et quart.* Cruor corpori adhærens: qui in terram fluit بصيرة *Basîraton dicitur.* 3, Tractus *et* Pars muſci. Color vultûs.

تَجْدِيَة Petitio, clamor. Jer. 14. 2. *Seld.*

المَجْدُوَّة, *fo.* مَجْدُوَّة, Cùm magnus timor incutitur; magno timore perculſus. *Gig.*

¶ جَدَا, *Act.* جَدْو *et* جُدُوّ, Firmus rectuſque conſtitit, inſtititque rei. 2, *pec.* In pedum digitos ſurrexit, & in eos ſtetit. *et i. q.* جثا, *aut pro eo.* 3, Avulſit *ab illo virum. cc* عن. *Gig.* IV. *i. q.* I. *inprim.* 1, *ſign. et* Defixit, conjecitque *oculos. cca.* 2, Suſtulit, erexitque *lapidem. cca.* 3, Tubere adipoſo evaſit *pullus cameli. et* Adipe increvit *ipſum cameli tuber. Gol. et* اجواذ الرجل Vir mulierem ſecutus eſt, *qs. illa luxata eſſet in inceſſu. Gigg.* VI. Propagavit: ſobolem ſuſcepit. *et* Terram caudâ pertractavit *columba* quando garrivit. *Id.*

جَدْيٌ Fundamentum *rei. et* جِدْيَة Radix arboris. *Gigg.*

جَادٍ *pro* جَادِيٌ, f. ة, *Pl.* جِدَاءٌ. Erectus ſtans in pedes *ſ.* pedum digitos. 2, Brevibus brachiis *ſ.* orgyis præditus. 3, f. Paulò poſt partum lactis copiâ diminutum *pecus.*

جَدْوَة, جِدْوَة, جُدْوَة, *Pl.* جِدًى,

جُدًى جِدًى, Pruna ardens: pars جِدْمَة ignis. 2, *ſecund. qs. Zjídmaton*, Pars ligni craſſior, *ſ.* extremitas accenſa ſit, *ſ.* non.

جِدَاة *Nom.* herbæ. 2, *v.* جِدْل, Arborum magni trunci *ſ.* radices.

مُجْدِي Sublatus erectuſque lapis. مُجْدِيَة, *cc* فِي, Recta, firma *in terra. Gig.*

مِجْدَاءٌ Lignum teres, quo Arabes ludunt. *Gol.* cui miſſilia infigunt & appendunt. Roſtrum. *Gig.*

مُجْدَوِّي *Gol.* المُجْدَوِّي *Gigg.* Qui viro uni, & ſtationi, hoſpitiove adhæret, eique eſt obnoxius.

גדר AR. جَدَر גדר Manipulos collegit. Gen. 37. *Saad. R. Bd. fo. pro* جَرَز. IV. ἐδικαιώθη. *R. fo. pro* تَبَرَّر חברר Juſtificatus fuit.

جَدَر, *vdr. pro* جُرَز, Manipulus. *Bd. R.* Gen. 37. 7.

גדח AR. جَدَح, *Act.* جَدْح, Commovendo miſcuit *ptiſanam, medicamentum. cca. Gol.* II. Linivit, conglutinavit *illud. Gigg.* IV. *i. q.* I. *cca.* 2, Signum cameli coxis inuſſit. *cca. Gigg.*

جَدْح Increpatio caprarum; *et* جَدَاح Littus maris. *Gigg.*

مِجْدَح, *et* مُجْدُح, Spatha, lignum capite ferè trilatero, vel multilatero, quo ptiſanam cum humore, aliave re miſcent ſubiguntque. *Gol. et ſecund.* Signum inuſtum coxis cameli. *Gigg.* 2, *Nom.* ſtellæ. *Gol.* Sidus quoddam exiguum inter Hyades. *Gigg. etiam c Mim Damm.* Oculus Tauri, *quia poſtremò oritur, et qs. commoto cœlo emergit: unde et* حادي النجوم *vocatur.*

مُجَدَّح Commotum ligno, agitatumque *vinum, ut uva calcata vis magis ſe diffundat, et bullitio nimia ſedetur.*

مَجْدُوح Sanguis venæ ſectione eductus: *quo et veſci ſolebant pagani inopiâ annonæ.*

مَجَادِيحُ السَّمَاءِ Lumina cœli.

גדי ÆTH. ጌዴዎን፡ Gideon. *Nom. vi.* Heb. 11. 32. ARAB. *v. ſub* גדו.

גדל גָּדַל Magnus fuit, *vel* factus eſt; *refertur ad quantitatem, tam continuam, & ſignif.* Crevit, adolevit, nutritus, educatus eſt, *quàm diſcretam, & ſic* Multiplicatus eſt, *et ad qualitatem, et ſic*, Excellens, honorabilis, ad honorem evectus fuit. Job 31. 18. *Part.* גָּדֵל Geneſ. 26. 13. 1 Sam. 2. 26. 2 Chron. 17. 12. *Inf.* 2 Sam. 5. 10. *Fut.* Gen. 41. 40. *Pih.* גִּדֵּל *vel* גַּדֵּל Magnificavit, educavit, Joſ. 4. 14. Iſa. 49. 21. *Part. Pl.* 2 Reg. 10. 6. *Inf.* Joſ. 3. 7. *Imp.* Pſ. 34. 4. *Fut.* Gen. 12. 2. Iſa. 44. 14. *Pyh. Part. Pl.* מְגֻדָּלִים Educatæ, Pſ. 144. 12. *Hiph.* הִגְדִּיל Magnum fecit, magnificavit, magnifica effecit: *It.* Magnificavit ſe, extulit, ſuſtulit ſe. Job 19. 5. Jer. 48. 26. *Part.* Pſ. 18. 51. *et* 35. 26. *Inf.* Amos 8. 5. *Fut.* Ezech. 24. 9. Obad. 12. *Hithpah.* הִתְגַּדֵּל Magnificavit ſe, Ezech. 38. 23. *Fut.* Iſa. 10. 15. Dan. 11. 37.

גָּדוֹל m. Magnus, *magnitudine, numero, annis, honore, exiſtimatione, auctoritate.* Pſ. 21. 6. *et* 145. 3. *Conſt.* Jer. 32. 19. גְּדֹל Pſ. 145. 8. *Af.* Jer. 6. 13. Jon. 3. 5. *Pl.* גְּדוֹלִים 1 Sam. 17. 14. Pſ. 111. 2. *Conſt.* 2 Reg. 10. 6. *Af.* v. 11. Jon. 3. 7. *Fœm.* גְּדוֹלָה Magna, Gen. 27. 34. Jon. 1. 2. *Pl.* גְּדֹלוֹת Deut. 1. 28. Pſ. 12. 4.

גָּדֵל m. Magnus, & *Part.* Creſcens. *v. ſupra* Gen. 26. 13. *Pl. Conſt.* גִּדְלֵי Ezech. 16. 26.

גֹּדֶל m. Magnitudo. Deut. 32. 3. Iſa. 10. 12. *Af.* גָּדְלוֹ Deut. 5. 24. *et* גָּדְלוֹ Pſ. 150. 2.

גָּדוֹל m. Id. Exod. 15. 16.

גְּדֻלָּה *et* גְּדוּלָּה f. Magnitudo, magnificentia, amplitudo. 2 Sam. 7. 21. Eſth. 6. 3. *Conſt.* c. 10. 2. *Af.* Pſ. 145. 3. *Pl.* גְּדֻלּוֹת 1 Par. 17. 12.

גְּדִלִים m. p. Cincinni, fimbriæ, inſtitæ Deut. 22. 12. Faſciæ, 1 Reg. 7. 17. *ex ſignif. Chald.*

מִגְדָּל m. Turris; *quo vocabulo ſignif.* 1 Præſidium. Jud. 9. 51. Prov. 18. 10. 2 Cuſtodia, ſpecula. 2 Reg. 17. 9. *et* 18. 8. 3 Theſaurus. 1 Par. 27. 25. 4 Torcular. Iſa. 5. 2. 5 Suggeſtum, pulpitum. Neh. 8. 4, 5. *Ezra primus fuit qui in ſuggeſto concionatus eſt: ut & Solomon ſuper* כִּיּוֹר 2 Par. 6. 13. *Ante Ezram Rex ſeptimo quoquo anno primo die feſti Tabernaculorum Legem recitabat populo in ſuggeſtu. Hinc uſus eorum in Templis, et Scholis. Conſt.* Jud. 8. 17. *Pl.* מִגְדָּלִים Iſa. 30. 25. *Af.* c. 26. 4. *Fœm.* מִגְדָּלוֹת Turres. 2 Par. 32. 5. *It.* Creſcentes plantulæ, flores, Cant. 5. 13. *Al.* Pyxides, *more turricularum poſitæ: Gr.* πύργοι. *ſic in apotheca pigmentarii plurimæ ſunt phialæ, calathiſci, narthecia, pyxidula, alabaſtra, pyrgi, ſeu Turrita vaſcula, variis unguentis odoramentiſque plena: quæ vaſcula ſunt purpuraſſo et aliis coloribus decenter variegata (ut fieri ſolet) lociſq; ſuis in certos ordines, et qs. ſulcos areolarum florentium, et opere topiario detonſarum inſtar, ordinata; quæ ut ſpectatores ordine, et colore, ſic cùm aperiuntur, nares odore oblectant. Af.* Ezech. 27. 11.

מִגְדּוֹל m. Id. 2 Sam. 22. 51. *It:* Migdol, *Nom. prop.* loci, Exod. 14. 2. Ezech. 29. 10. *It. Nom.* Urbis *in littore maris Galilææ in tribu Nephtali, unde Maria* Magdalena *cognominata fuit. D. Lightfoot Cent. Chor. p.* 139.

CHAL. גְּדַל Magnus fuit, magnificatus eſt. *Pah. Pa.* כֹּחַ הַמְּגַדֵּל Facultas augmentativa. *Ithp.* אִתְגַּדַּלְתָּ Magnificatus es, Pſa. 104. 1. *Rabb. & Tal.* Implicavit, intricavit, intorſit inſtar funis, & *in genere* Confecit. *Part.* גודלת Implicans *capillos, Schab. f.* 97. 2. *Pl.* גודלות *Kelim c.* 15. *Pah. Part.* מגדלא Plicans, *Schab. f.* 104. 2. & *in Targ.* דִּמְגַדְּלָא Quæ contorta eſt, Eccleſ. 4. 12. *vel ut Al.* דִּמְגַדְּלָא *pro* דְּמִתְגַּדְּלָא *per Syncop. Pl.* מגדלי Confectores *faſciculorum, Succa f.* 37. 1. *Inf.* למיגדל *Moed katon f.* 11. 1.

גְּדִילָא Filum, funis denſus, duplicatus *ſ.* contortuplicatus, cincinnus implexus inſtar funis. *Conſt.* Iſa. 5. 18. *Pl.* גְּדִילִין Deut. 22. 12.

גְּדִילְתָּא Exod. 28. 14. *Conſt.* Jud. 15. 13. *Tal. Pl.* גדילים. *v. Jevammoth f.* 5. 2. *Menach. f.* 39. 2.

גדילות, גְּדִילוּ Perplexitas, intricatio, contortuplicatio. 1 Reg. 7. 17. Exod. 28. 14, 22. & 39. 15.

גּוּדָּל *vel* גֹּדֶל Pollex, *manûs, non pedis. Menach. f.* 11. 1. *ubi et aliorum digitorum nomina* אֶצְבַּע Index, אַמָּה Medius, קְמִיצָה Quartus, זֶרֶת Quintus, minimus.

גָּדוֹל Magnus. *Fœm.* גדולה. *Nedar. f.* 49. 2. *It.* Majorennis, *ut &* קטון minorennis. *De horum requiſitis et ſignis v. Majem. in* הלכות אישות *c.* 2. *Aliter:* מי רגלים בין גדולים בין קטנים Aquæ pedum, tam magnæ, quàm parvæ. *Maſchirim c.* 6. *i. e. Tam excrementum ani, quàm urina, quæ aliàs pec.* Aqua pedum *dcr.* הַגְּדוֹלָה Major propoſitio, *in ſyllogiſmo.*

גִּדּוּל Magnitudo: Educatio, nutritio, res quæ creſcit, & alitur. גִּדּוּלֵי קַרְקַע Terræ naſcentia.

גְּדוּלָּה Magnitudo, magnificentia.

גְּדִיל Mappa, menſæ tegumentum, *qs.* Filatum *dictum; q. ex filis, aut lana netur, aut texitur. Ba. bas. f.* 57. 2.

מִגְדָּלָא, מִגְדַּל Turris. Gen. 11. 4. Iſa. 2. 15. *Pl. Aff.* Pſ. 48. 13. Ezech. 26. 9. & 27. 11. *It.* Aviarium, cavea magna avium, *Schab. c.* 13. *Bartenora expon.* Armarium, *R. Sal.* מישטייר, *Gittin f.* 24. 1.

SYR. ܓܕܠ Contorſit, intricavit, implicavit, plexuit. Mat. 27. 29. Marc. 15. 17. Joh. 19. 2.

ܓܕܘܠܐ Implicatio, nexus, rete.

ܓܕܠܐ Corolla. Iſa. 28. 1, 4, 5.

ܓܕܠܐ *Gram.* Flectio, formatio verborum, ejus exemplum. *Joſ. Acur. Gr. p.* 205.

ܓܕܘܠܐ *Pl.* ܓܕܘܠܐ Intorſiones, cincinni, crines intexti, Cant.1.10,11. et 7.5. 1 Tim.2.9. 1 Pet.3.3. *Af.* Iſa.3.18.

ܓܕܝܠܐ Flexus, flexuoſus, conſertus. Exod. 28.14.

ܓܕܝܠܬܐ Torques. *F.* Ligaculum femoralium. *BB. Pl.* Deut.22.12. Intextæ fimbriæ.

ܓܕܝܠ ܢܦܫܗ Genus myrti *ita dicta, q. d.* quod ſibi propitiabitur. *BB.*

ܓܕܠܝܐ Gedalia, *q. d.* ܪܒܘܬܐ ܕܐܠܗܐ majeſtas, excellentia Dei. *BB.*

ܡܓܕܠܐ Turris. Can.7.4. Mat.21.33. Mar.12.1.

SAM. ࠂࠃࠋ *i. q. Hebr. & ibid.*

ÆTH. ገደለ : Certavit, pugnavit, contendit, militavit, conatus eſt, ſtuduit, *conv. c. Ar.* 2 Tim. 2. 5. V. ተጋደለ : Id. Phil. 1. 30. *Fut.* 1 Cor.9.26. Phil.1.27. Col. 1. 29. *et* 2.1. 1 Tim. 1.18. 2 Tim. 4.7. X. *Par.* መስተጋድል : Certans. 2 Tim.2.5. ገድል : Certamen, militia, conatus, ſtudium. Mat. 24. 28. Luc. 17. 36. 2 Tim.4.7.

AR. جَدَلَ, *Act.* جَدْلٌ, *et* جُدُولٌ, Firmum reddidit. Firmiter torſit, plexuitque *funem. cca. Gol. et* Durus fuit. *Gigg.* 2, Liquavit *butyrum, adipemve.* 3, *Intranſ. Heb.* גדל, Incrementum roburque cepit *adoleſcens, grana in ſpica.* 4, Cauſam prætexuit. II. In humum conjecit *haſtâ ictum. cca.* III. Altercatus fuit, diſceptavit. *ccap.* Act.6.9. *et* 17.18. *et* 18.28. *Erp.* Judæ 9. *Erp.* IV. Comitantem habuit pullum *dorcas.* 2, Hilarem fecit. VI. Litigarunt, verbis contenderunt inter ſeſe. *v.* جادع. VII. *Paſſ.* II. Conjectus fuit, conciditque humi.

جَدْلٌ, *et* جِدْلٌ, *Pl.* جُدُولٌ, *P. pl.* جَوَادِلُ; Membrum animalis. جَدَلٌ Lumen. *Sab.*

جَدَلٌ *Act.* 3,4, I. *et* Robur. *et ipſa* Grana in ariſtis robuſtiora. 2, *c He fin.* Piſtillum mortarii. *Bd.* 3, Sepulchrum; *et* Lætitia. *Gigg.*

جَادِلٌ *Ag.* Robuſtior & puber *adoleſcens.* & Adultior cameli pullus, matrem ſequi valens.

جَدَالٌ *Coll.* ة *Unit.* Dactyli immaturi, virentes, *et* adhuc rotundi: *idiomate Arabum* نجد, *qua* Arabiæ regio. 2, *prim. i. q.* جِدَالٌ & مُجَادَلَةٌ, Lis, altercatio, diſputatio acris. 1 Tim. 6.4. *Erp.* 3, *ſecund.* Terra *ſimpliciter*, *aut* ſubtili conſtans arenâ. *Gol.* & Formica parva multipes, *Bd.* quadrupes. *Gigg.*

جَنْدَلٌ *i. q.* جَنَدِلٌ, Locus lapidibus, & lapillis *ſ.* glareâ, abundans: & *prim.* Arenoſus: Lapidoſus, *ſ. ipſi* Lapides. 2, *ſecund.* Vir, *inprim.* validior, robuſtiorque.

جَدْوَلٌ, *Pl.* جَدَاوِلُ, *et per* ذ, Rivus, rivulus. Eſ. 36. 2. *et* 41. 18. Eccli. 39.17. *Avic.* I. *p.*13. *l.* 18. *Ar.* 2, Minorum venarum genus. Rivuli, canaliculi venarum. *Int. Avic.* I. *p.*8. *l.*23. *Ar.* & Meſenterium; meſaræum. *Int. Avic.* I. *p.*30. *l.*11,17. *Ar.* 3, Tabulæ, *ut Aſtron. Alphonſinæ, Prutenicæ, vel Albinnæ noſtri. Bd.* Faſti, liber feſtorum: Calendarium, diarium. *G. de Sil.* & جَدْوَلٌ, مُجَدْوَلٌ; Circino metiri: *Id. p.* 288. *fo. vulgari verbi formâ. it. Medic.* Areolæ. *Avic.* I. *p.* 291. *l.* 47. *Ar.* Paragraphi *ſ.* ſectiones capitum. *R.*

جَدِيلٌ, *Pl.* جَدَائِلُ, Habena ex loris, *aut* pilis plexa. 2, Zona latior ex corio contexta, quæ gemmis plumari ſolet. *Pl.* Funes. Prov.5.22. 3, Menſtrua. 4, *c* ة *fin.* Mos, modus. & Tractus regionis. *it.* Tribus Arabum.

جَدْلَاءُ, *Pl.* جُدْلٌ, Lorica firmiter contexta. *it.* Corolla *contemptibilis.* Eſa. 28. 1,4. *Seld.* 2, Canis, ovis, auribus plicatis, flexis. *Gigg.* Canis fœmina, canicula. *Bd.*

أَجْدَلُ, *Pl.* أَجَادِلُ, Accipitris ſpecies; *vulgò* ſacer. 2, Quod facilè plicetur *brachium. Gigg.*

مَجْدَلٌ Agmen, cœtuſve hominum.

مِجْدَلٌ, *Pl.* مَجَادِلُ, *Hebr.* מגדל, Arx firmior, turris. Gen. 11. 4.

مَجْدُولٌ Gracilis *vir.* & *c* ة, Elegantiâ membrorum prædita *puella.* 2, Valida *coxa, lorica. Gigg.*

مُجَادِلٌ, ة, *Pl.* مُجَادَلَاتٌ, Diſceptatio. Dan. 8. 23. Contradictio. Judæ 11. & Contradicens in controverſia. *R. Gigg.* & *Tit. Sur.* 58.

¶ جَذِلَ, *Act.* جَذَلٌ, & جُذُولٌ, 2, *ſign.* Gaviſus *ſ.* lætus, hilariſque fuit. Act. 2. 46. & 16. 34. *Erp.* 2, *Med. Phat.* Erectus firmuſque ſtetit. & Permanſit. Pſ. 74. 9. *Ro.* IV. *Tranſ.* I. Lætum reddidit. *cca.* VIII. *i. q.* 1, I.

جِذْلٌ Pars montis eminens, extanſque: *quæ accedenti prima videtur, recedenti poſtrema evaneſcit.*

جِذْلٌ, *Pl.* أَجْذَالٌ, جِذَالٌ, & جُذُولٌ, *ſ. potiùs illud Coll.* Rei cujuſq; radix, *ſpec.* magna arboris *et* ejus Truncus reſectis ramis. *it.* Stipes *ſ.* truncus in loco, *ubi cameli circa aquam decumbunt, defigi ſolitus*, ut ſcabioſi ad eum corpus fricent. *hinc* أنا جُذَيْلُهَا المُحَكَّكُ Ego ſum illius paxillus ad fricandum. *Prov. h. e.* Sum illi cauſa, ut conſilia meliora ſumat. *Bd. Gigg.* 2, جِذْلُ مَالٍ Placidè regens, & caſtigans quæ poſſidet ratione prædita, *ut ſervos.* 3, Calcei *ſ.* ſoleæ latus. *Bd. Gigg.* Facultates. *Id.*

جَاذِلٌ Erectè conſiſtens, ac firmus, *velut radice, aut trunco Zjidlon. it.* Res alta. Locus excelſus. 2, *Poëtis idem quod*

جَذِلٌ & جَذْلَانُ Hilaris, lætus.

مُجَاذِلٌ Abſque guſtu, aut ſapore lactis *uter. Bd. Gigg.*

تَجَاذُلٌ Occultatio mutua invidiæ. Simultas. *Id.*

جِذَلَةٌ Ramis luxurians, *et qs.* læta vitis.

גדם CHAL. גְּדַם Mutilavit, truncavit, abſcidit, amputavit. *i. q. Heb.* גדע. *Breſh. rab. c.* 82. *Midbar r. c.* 6. *et* 9. *Ithp.* נִתְגְּדַם Mutilatus, præciſus, amputatus eſt.

גְּרוֹם Præciſus. *cum Reſh Aruch.*

גְּדַם Mutilus, truncus, truncatus. *Taanith f.* 21. 1. *Pl.* גדמים *Sanh. f.* 45. 2. *Fœm.* גדמת.

גִּדְמָא Truncus, ramus abſciſſus. *Aruch* גודמא, *qs. pronunciandum* גְּדְמָא. *Schab. f.* 110.1. *Gittin f.* 37. 1.

גְּדוּם Fruſtum, fragmentum. *Pl.* גדומי *Breſh. rab. ſ.* 33. *Aruch* גרדומי.

SYR. ܓܕܡ Contraxit, abſcidit, amputavit, confregit. *Fut.* 1 Sam. 2. 31. *Pah.* ܓܕܡ Id. Deut.7.5. Pſa.107.16. *Fut.* Iſa.45.2. *Ethpa.*

ܐܬܓܕܡ Reſectum eſt. Jer. 48.25.

ܓܕܘܡܐ Abſcindens, confringens.

ܓܕܝܡܐ Abſciſſus, confractus.

ܓܕܘܡܝܐ Abſciſſio, confractio.

ܓܕܘܡܩܐ Fæx, amurca. *F.*

SAM. ࠂࠃࠉࠏ Mutilus, contractus. Levit. 22. 23.

ÆTH. ገደም : Campus, deſertum, ſylva, eremus. Pſ. 8. 7. *et* 28. 7. *et* 49. 11, 12. Pſ. 62. *t. et* 64.12. *et* 67.8. *et* 73. 7. *et* 77.23. *et* 105. 9.

ገዳማዊ : Eremita, anachoreta.

ግድም : Latitudo. Apoc. 21. 16. *Miſſ. Æth.* 171. 2.

AR. جَدَمَ *pro* جَدَعَ *ſ.* جَذَمَ, Amputavit. 2, Dactylos produxit *palma*, mox aruit. *Gigg.* IV. Increpavit *equum. Id.* VI. Adhæſit. *R.* VII. *Paſſiv.* 1, I.

جَدَمٌ Avis, velut paſſer roſtro rubro. *Gigg.* الجُدَامِيُّ Pomum, fructus; & *c He pro Je fin.* Palmarum ubertas. *Id.*

جَدَمَةٌ, *Pl.* جَدَمٌ, Brevi ſtaturâ vir. *et.* Sequioris generis ovis. 2, Duo dactyli ſub uno cortice prodeuntes. *et* Spica quæ contuſa non ſit. *Gigg. conf. c Dſal.*

¶ جَذَمَ, *Act.* جَذْمٌ, *Fut.* I. & O. *Ch.* גְּדַם & גְּדַם, Amputavit, truncavit, mutilavit. *cca.* 2, *med. Keſr.* Manum truncatam extremis digitis habuit. 3, *in Paſſ.* Correptus fuit *ſ.* laboravit leprâ, *aut potiùs* elephantiâ. II. *i. q.* 1, I. *cum intentione.* 2, Leproſum fecit *unguem. Int. Avic.* II. *p.* 175. *l.* 45. *Ar.* IV. *i. q.* 1, I. 2, Incitatior fuit camelus *in greſſu. cc* في. 3, *Intranſ.* Abſtinuit, continuit ſe. *cc* عن. & *contrà* Propoſuit facere. *cc* على.

ת Hebr. & Chal. ܬ Syr. & Sam. ت Arab. Nota Arithmet. 400. ܬ̂ Syr. valet 400000. *Fatalis Litera, quæ in omnium fermè nationum, tam Occidental. quam Oriental. Alfabetis, Crucis, ſ. Patibuli figuram habet; Mortiſque nomen, in univerſis penè totius mundi linguis, ex hac, vel homogenea litera, ſæpè bis repetitâ, conſtat. In Etymologia, modò radicalis eſt, modo ſervilis; Servit Nominibus, & Verbis, tum in principio, tum in fine.*

A R. تا (a) الموونيث (b) الزيادات (c) تاتيا 2 الخطاب (e) القسم (d) الامر (c)

3 تا ; prim. Litera Te, Av. I. 262. t. ut Hebr. ת & ſæpe ejus loco. Eſt multiplex ejus uſus: (a) Te fœmininum, Du. תאן Pl. אולא m. ראּ Erp. Rud. Ar. 147. (b) Addititium, quod præfigitur 2, perſonæ m. Fut. תפעל & 3, f. Fut. (c) Imperativi, ut לתערף Cognoſce. (d) Juramenti תאללה Per Deum, Cor. Sur. 12. 85, 91, 94. תרב אלכעבה per dominum Caaba: De Deo tantum ita uſurpatur. (e) Te ſecundæ perſonæ, ut אנת & פעלת ſec. Dim. præc. Te. tert. The, ſ. Thſe, v. Hebr. תא ſæpe loco ש Hebraici. Nota Arith. 500. Av. I. 266. t.

תאן v. ܬܐܢ Syr. תרת v. נתן. תתאי v. תחת

A R. تب 2 تدوب ; Qui cacat, mingitve ante ſexûs ingreſſum. i. q. טְרוּטִי Sciſſura; rima in lapide, ſ. in terra. ſec. Conventus, cœtus. v. in תא

תתא SYR. ܬܬܐ Viſcus, gluten è piſcibus temperatum, ſ. gluten taurinum. Iſai. 44. 13. A R. تتاو vide תתי

תתב CHAL. תּוּתָבָא תּוּתָב Veſtimentum, veſtis, Exod. 22. 26. Jon. *In urbe mea, nomen meum, in non urbe mea,* תותבאי *veſtimentum meum (mihi honori eſt)* Schab. 145. 2. תותבי רבי מכסי אשרה Tegumenta pudendorum mulieris. Ketuv. 67. 2. v. יתב & pro ࠕࠕࠁ

A R. تتبول 2 تتبوا القلنسية نعم

prim. pro תנבול Avic. Ind. ſec. Jumenta eorum deprædatus eſt.

תתח תּוּתָח m. Balliſta; Securis. Chal. i. q. Gladius durus, magnus, & fortis, Iſai. 27. 1. DP. ſc. Catapulta, tormentum æneum, bombarda, globuli bombardæ, R. Abraham; Convenit cum טוט & Perſ. תַו Securis, fodere, & תוג Maſſa ex ære & ſtanno, unde Tormenta bellica parantur. Job 41. 20. tantum.

תתי A R. تاتي 2 تتي (تتي) 3 تتويا 5 تتي تتي 4 تاتاه تاه 6 تادولة 7 تتيل 8 تيتل 9 تتيل 10 تتم

prim. Ingenium. Av. II. 149. 22. ſec. Decorticatus fructus palmæ humilis, & ſylveſtris, quæ דום & מקל Chamætriphes Theophraſto dicitur. 2, uti tert. Cortex. אלחמרה fructûs. al. אלתמרה dactyli. & Tathi Ptiſana, farina hordei quæ ebulliverit, Gg. quart. Cortices palmularum ſylveſtrium מקל Mokl dictarum. v. ſec. Dactyli corrupti, et acerbi. Quicquid minutum cùm ſit, uſui eſt ad ſaccum (utrem) replendum, ne corrumpatur. quint. v. תות ſext. v. תתר ſept. Species aromatis, ſ. unguenti. oct. Stolidè ſe geſſit, poſtquam ſe geſſiſſet pro ſapiente (cùm nullam rei curam, ſ. cognitionem inivilſet.) non. Qui ob ſenium, rem cum muliere non habet. Caper ſylveſtris. Caper unius anni. Dama, Deut. 14. 5. Bos quidam ſylveſtris. Orix. Vir obeſus, qui id ſibi bonum eſſe arbitratur. dec. Corrupit, ſpec. juncturam rerum (mulierem, cutim ſuam notis innuendis) cca. Egeſſit quod in alvo habebat. cc ב Sermone obſcœna uſurpavit. 2, Veſtis ſciſſa fuit. Confecta, ſ. concocta fuit caro, Everſum, labefactatum fuit caſtrum. VII. i. q. 1, V.

תתן ÆTH. ቶታን፡ Corrigia calcei. Joh. 1. 27. Pl. ቶታናት፡

A R. تتن 2 تتينة تتينة 3 تتاون 4 تتوع 5 تتفل ; prim. Fœtuit caro. Flaccuit, enervata fuit gingiva. ſec. Laxa, mollis gingiva. tert. pro תתאון v. תאן quart. Lactaria planta omnis, pec. Tithymalus. v. תיע quint. v. תפל

תתר CHAL. תּוּתְרִין Copulæ, ligamina, vincula, *quibus bini pedes equorum colligantur, ne aufugiant, etiam* לבובין *dicuntur.* Angl. 𝔗rammels. Schab. 53. 2. Flocci lanæ ſtercore infecti, *qui poſt loturam ovium à paſtoribus evelluntur; de quibus quæſtio fit ab heris ovium,* Mezia 68. 2. תּוּתְרָנִית Obſtructæ naris mulier, *quæ odorari nequit,* Baſra 146. 1. תִּיתוּרָא Pons latus ex multis aſſeribus, ib. 21. 1. Nedar. 41. 1. Menach. 35. 1. it. Locus pro capſula in qua תפילין ponunt Judæi, et קומץ dicitur. v. Bx. Syn. Jud. 171. v. & in יתר

SYR. ܬܘܬܪܐ 2 ܬܬܘܪܐ ; pr. Momentum. ſec. Fragmenta, micæ.

A R. تتر (*) تواتير 2 تتار تتر 3 تتري 4 تادوره تادوله ; prim. Tartari, No. populi. Mons quidam, fortè, Tartarorum. ſec. i. q. נלאווה Socii, aſſeclæ exactorum, eorum qui tributa, colligunt (et mortis diſcrimini ſe exponunt) v. תוּרוּר in תאר (*) Calamitas. Anguſtia, Gg. tert. pro ותרי à ותר Seorſim, ſigillatim, alius poſt alium. quart. Datura, Garçias. II. 24, 53. i. q. גוז מאתל Avic. I. 156. Mathiol. 204.

תא תָּא m. Thalamus, cubiculum, exedra, v. Chal. תוא Arab. תוי 1 Reg. 14. 28. 2 Par. 12. 11. Pl. תָּאִים Ezech. 40. 7. Cn. תָּאֵי *non mutato Kamets, unde à* תוא *eſſe conſtat,* v. 10. Aff. תָּאוֹ Ezech. 40. 21. f. תָּאוֹת v. 12. *dicitur etiam* יציע צלע לשכה Baſra 61. 1.

A R. تاتا 2 تا تا 3 تاتا 4 تا 5 تاتاه 6 تا 7 اتا 8 تاتا 9 تاتا

prim. Impeditâ fuit linguâ, Reciprocavit vocem in efferenda litera Te, Angl. 𝔗o ſtutter. II. Timuit. ſec. poſt. nomine Africano, i. q. חרבא Chamæleon animal. tert. Blæſus, impeditus linguâ in efferendo Te, G. 2, Cùm quis ſæpius in ſermone repetit Te. 3, Vocatio hirci ad pabulum, vel ad capram. 4, Vacillans infantis inceſſus. 5, Jactabundus, ſuperbior (compoſitus, et gravis) in bello inceſſus. quart. Impeditæ linguæ vitium in efferendo Te. i. q. 3, 4, 5, præc. quint. Qui re habendâ ſtercus egerit. Qui polluitur antequam penetret ſexum. Gg. v. תית ſext. IV. Petivit ſagittâ, ccap et ב r. Eſt autem à תוא ſept. Thalami, Ezech. 40. 6. oct. Potu (abundè) explevit camelos. cc ב contr. Cohibuit à potu, ſitire ſivit. Sitim explerunt. Sitiverunt ipſi. Repulit, arcuit. Quievit. Dimovit è loco ſuo. Extinxit ignem. Vocavit ad ſe hircum, pec. coïtûs ergò. G. Pavit hircos. cc ב et uti II. Metuit ſibi, cc מן Voluit iterum facere, deinde diſplicuit (apparuit ei) locus: non. Vocatio hirci ad coïtum.

תאב תָּאַב Deſideravit, per Metath. Appetiit, optavit, convenit cum אבה, יבב אוה ποθέω. Pſal. 119. 40. Pih. Abominatus eſt, i. q. תעב Am. 6. 8.

תַּאֲבָה f. Deſiderium, Pſal. 119. 20.

CHAL. תָּאֵב i. q. Hebr. Pſal. 84. 3. Par. Ruth 1. 16. Cant. 5. 6. Pl. תָּאֲבִין Hoſ. 13. 5. תְּיאוּבְא תְּיאוּבְתָא i. q. H. תאבה Appetitus, concupiſcentia, Gen. 3. 16. תיאבון תַּאֲבוֹן id.

A R. تب (*) مثاب تاب 2 تابي تيب 3 (تابا تاوب) اثاب 4 تاب 5 اتاب تيوب 6 تابه 7 مدوب توباء 8 تتاءب تثاوب ;

prim. Charus, Eccli. 7. 37. (*) prius, Habitavit, Scal. v. Arab. אוי poſt. Architectus, ſtructor, ædificator domûs. Bd. ſec. Negligens, ſegnis, deſes fuit. Obtorpuit dormitanti ſimilis. G. Oſcitavit. V. et VI. id. et V. Exploratorem egit ad captandum, et cognoſcendum nuncium. tert. Nom. arboris, quâ fiunt paxilli ad dentes confricandos. quart. Act. G. Cùm vir comedit aliquid concilians teporem (torporem.) quint. Unit. tert. Gg. ſext. Segnis, torpidus. G. prius, talis mulier. ſept. Divulgatio nuncii. Cùm nuncium, et res nova auditur. oct. Oſcitatio torpentis, Av. II. 10. 3.

תאג A R. تاج 2 تاج 3 تاج 4 تتوج 5 تواج Pl. تيجان & توائج تاجية ;

prim. Corona, v. תוג et Hebr. תאג ſec. Vociferatum fuit pecus. Balavit ovis. tert. Act. quart. Ag. quint. ipſa Pecudum vox, balatus.

תאד ܬܐܕ A R. تاد 2 تيد 3 تاد 4 تايد 5 تاداء تا 6 تادو 7 تادو 8 توداء ;

prim. v. תרא ſec. Maduit. Succi plenum fuit femur. G. Frigore correptus fuit. Friguit. tert. Ros. Mador. Frigus. et prius, Res turpis. Dactyli immaturi molleſcentes. Planta mollis, morſu facilis. Locus non conveniens. et poſt. Terra. תְרִי מקרור quart. Ag. ſcil. de loco, Madidus. 2, i. q.

Frigore correptus *homo.* *quint.* Serva. Stulta. *cum* אבן *i.q.* עאנו *v.* תאט *G.* Dementiâ percita. *ſext.* Carnoſa. *ſept.* Pinguedo. סמן *oct.* Lentus inceſſus. *à* ואר

תאה תָּאָה Limitavit, determinavit, definivit, circumſcripſit, *Pih.* Num. 34. 7. *i. q.* תוה

תְּאֻוָה f. Finis, terminus, Gen. 49. 26. *Intt Or. ferè omnes expon.* Deſiderium (*Chriſtus, de quo illic, rectiùs ſic dicitur*) *v.* אוה

תְּאוֹ m. Bubalus, Deut. 14. 5. *potius* Oryx, *ſic Intt. Or. nec pauci Hebr. v. Boc h. d. An. Sacr.* 1. 3. 28.

תּוֹא m. *id.* Iſai. 51. 20. *at LXX. Syr. 2. Ar.* Beta. *Congruenter cum Chal. nam Fracta laguncula idem innuit. Origem verò reti capi, quis ſando audivit unquam? nedum in ſingulis plateis.*

CH. תְּיָאה Laſeris ſpecies, *Bx. potius*, Beta. *Oketz. c. 3. Sal.* תייה *pro quo Chal.* 58. 2. תיעה *Aruc* חא תאי תייקה *Veni, Thalami, vide* אתה & חא בֵּית תְּיָהָא Filia olfactionis, foramen operculi dolii *ad ſentiendum vini odorem.*

תאו SYR. ܬܐܘܓܐ 2 ܬܐܘܛܘܩܐ 3 ܬܐܘܠܘܓܘܣ, ܬܐܘܠܘܓܘܣ 4 ܬܐܘܠܘܓܝܐ 5 ܬܐܘܦܝܠܐ 6 ܬܐܘܦܢܘܣܛܝܐ 7 ܬܐܘܦܘܢ 8 ܬܐܘܪܝܐ *Pl.* ܬܐܘܪܝܣ 9 ܬܐܘܪܡܐ; *prim.* Stillicidium, gutta. *ſec.* Deïpara. *tert.* Theologus. *poſt. Pl. quart.* Theologia. *quint.* Theophilus, *primus credentium, & celeberrimus apud Alexandrienſes; qui cum aliis Ægyptiis S. Lucam rogabat, ut eis Evangelium ſcriberet. BB.* 2, ተኦፍሎስ: Theophilus *Epiſc. Alexandrenſis, qui inter alia ejus opera Æthiopica amplam, & elegantem contexuit hiſtoriam de fuga Joſephi, & B. V. cum Chriſto in Ægyptum; Ejus, & aliorum SS. patrum Homilias Æthiopicè extantes, benignus mihi communicabat Cl. atque in omni literatura Orient. verſatiſſ. D. Petraus.* *ſext.* Afflatio numinis. *ſept.* Ruta. *oct.* Theoria, meditatio cœleſtium. *non.* Theorema.

A R. تاهة 2 تاي 3 تأ 4 تاوه 5 تاي تيي 6 تاي 7 تاي 8 تاية 9 توية *Pl.* توي 10 اتآء 11 تاو; *prim.* Uvula. Gingiva. *G. al.* Furcula juguli. *ſec. Fut. I (A. Gg.)* Præceſſit, prævertit, *ut* סבק *tert. i. q.* צעף & רכאכה Infirmitas. Tenuitas. *quart.* Macra *ovis, &* annoſa valde. Perpaucum quod ex multo reliquum. *quint. Fut. A*, Diſrupta, diſſiſſa fuit *futura. G.* Corio notas impreſſit, quod craſſum eſſet, illud attenuavit, & ligulas minutas effecit, & ſoleas. & *poſt.* Cutis notis diſtincta fuit. IV. *Tranſ.* 1, I. *cca*, Ut craſſioribus exiſtentibus corii oris, lorum, *ſ.* oblongum ejus ſegmentum ſit tenuius. גרח וקתל פיהם *h. e.* אתאי פיהם Vulnerando, & occidendo inter eos graſſatus fuit. *G.* Globulos & ſphærulas pertuſas ſimul conſeruit *mulier*; *al.* ſuam cutim notis diſtinxit. *ſext. Act.* I. & *uti* *ſept.* Corruptio. אפסאר Patratio mali. Vulneratio, cædes, & *ſ.* Vulnerum veſtigia. Cicatrices. *oct.* Septum, ubi pecora pernoctant. *v.* תָּוִי *G.* Lapis, quem paſtor erigit, ad quem noctu redit, ut ſignum ſit. *non.* Panniculus globoſâ formâ impoſitus palo utris butyrarii, *ſc.* in quo agitatur lac, ut coëat in butyrum; ad cavendum ne concuſſione illa uter ad palum illiſus laceretur. *dec. Act.* IV. *und.* Imbecillus. Enervis. Adminiſtratio. Procuratio.

A R. تار 2 تئر; *prim. Fut. A*, Coäluit *vulnus.* Convenerunt, & appropinquârunt invicem *in bello. cc* פי *ſec.* Nervoſus, firmâ præditus corporis compage. *G.* Naturâ iracundus. *v.* תוו

תאט CH. אֲתִיאַטְרוֹן (תיאטרון תְּיאַטְרוֹ Ezech 27. 6.) Theatrum, *Breſ. r. ſ.* 87. *Pl.* תאטריות (תרטיות *Talm. Hier.* 7. 4.) *Aff.* Deut. 28. 19. *Jon.* SYR. ܬܐܛܪܘܢ *id.*

A R. تئط 2 تأطة *Pl.* تأط 3 تأطاء 4 توأط; *prim. i. q.* אנתן Fœtuit *caro. Paſſ.* Coryzâ correptus fuit. *ſec. i. q.* חמאה Cœnum, *pec.* Limus tenuior nigricans. Inſectum quoddam לסאעה vehementer pungens תאטה סרת במאء Stultum *indigitant, q. d. ejus limus extenditur in aqua.* *tert. pro* תארא Stulta *ſerva.* *quart.* Coryza זכאם

תאך SYR. ܐܬܐܟ Jacturam fecit. *v.* תוך

ÆTH. ቶለከ: Aula regia, *pro* Caſtris regiis *plerunque accipitur*, ቶዐበሁ: *Miſſ.* 174. 4. *It.* Sedes proregis, *vulgo* Reſidentia. *IL.* A R. تاك Hæc, *Erp. Rud. Ar.* 147.

תאל CHAL. תְּאָלָא *Pl* תְּאָלִין Palmæ parvæ, & novellæ, *ſ.* certæ ſpecies arborum, *Lat.* Talea. *Mezia* 109. 1. *Gitt.* 70. 1. *Baſra* 69. 2. & 22. 2. *pro hoc* תלאי *Schab.* 110. 1. תאלאתא *Kama* 58. 2. תאלם *Vox ſymbolica, cujus quatuor literæ denotant quatuor plagas, quibus vapulat, qui comedit de reptili immundo, ſ. terreſtri, ſ. aquatico. Peſac.* 24. 1. *Eruv.* 28. 1. *propter quatuor præcepta de reptilibus*, Lev. 11. 10, 11, 12, 42, 43. *v. Aruc in* פטיתא

תאם תָּאַם Geminus fuit, gemellos peperit, *Par.* תֹּאֲמִם Exod. 26. 24. & תָּמִים *pro* תאמים *ita LXX. omnes Sam. 2. Chal. 2, Arab. Perſa, & c. ut etiam* Exod. 36. 29. *Hiph. id.* Cant. 4. 2. c 6. 5. תְּאוֹמִים Gemelli, Gen. 38. 27. תוֹמִים c. 25. 24. *Cn.* תְּאֹמֵי Cant. 4. 5. תְּאֳמִים *id.* c. 7. 4.

CHAL. אִתְּיַם, הִתְּאִם Gemellatus fuit, gemellus factus eſt. תְּאוֹם תְּאֹם *Pl.* תְּאֹמִים תְּיוֹמִים *i. q. Hebr. ib.* 2, Res gemellæ, conjunctæ, combinatæ. Gemini, *Signum cœleſte.* תְּיוֹמֶת Gemellatum, gemellum, bifidum, duplum. *Succa* 32. 1. מַתְאִימוֹת Dentes molares, & majores. *Becor. c.* 6. 4.

SYR. ܐܬܬܐܡ 2 ܬܐܡܐ *Pl.* ܬܐܡܐ 3 ܬܐܡܘܬܐ 4 ܬܐܘܡܐ 5 ܡܬܐܡܐ 6 ܡܬܐܡܢܐ ܡܬܐܡܢܘܬܐ; *prim.* Geminavit. *Ethp. Paſſ.* *ſec.* Gemellus, Joh. 20. 24. c. 21. 2. *Pl.* Gen. 25. 24. Gemini *in Zodiace.* Act. 28. 11. *tert.* Geminatio. *quart.* Thomas, ቶማስ Joh. 11. 16. *qui poſt reſurrectionem Chriſti, in Parthis, Perſis, Medis, Carmanis, Bactris, & Indis, Evangelium annunciâſſe, & Colaminæ in Indis ſepultus eſſe creditur. Euſebius* III. *c.* 1. *v. Ballaſter. Onom.* 546. *Æthiopibus ejus feſtum celebratur die* 26 *Maii, ejus etiam frequens eſt memoria in Menolog. Æth.* 18 *Sept.* 9 *Oct.* 4. 21 *Nov.* 2 *Febr.* 14. *Mar.* 18, 26 *Maii* 21, 27 *Jun.* 24 *Aug. v. Sandov* 126. *Thomæ Aquinatis Summæ apud eos habentur magni, atque Æthiopicè extant; Godign. d. r. Ab* 107 *quint. i. q. ſec.* Cant. 4. 3. *ſext. i. q.* 2, *Chal.* תיומים *ſept.* Geminatio; Conjunctio duarum in Chriſto naturarum.

A R. تأم 2 تئم (تيمة) تيم توم (تؤم تاءم) *Pl.* تؤام توائم 3 توأم ة 6 تـ تيمة 5 توأم 4 توأمان *Du.* (توءم) توأمية 7 توأمة 8 ة *Pl.* توءمت 8 توأمان 10 متأم (متئم) 11 متآم (متئيم) *Pl.* متاييم 12 متايم 13 أتوام; *prim.* Socium habuit in partu *fratrem, cca.* 2, Ingeminato curſu poſt curſum venit *equus.* 3, *al.* III. Duplicato ſtamine, & ſubtegmine texuit *veſtem, cca, uti fieri ſolet ex ſerico, & goſſipio: quia merum induere ſericum Muhammedanis quidem, Eccleſiaſticis imprimis viris minus licet. it.* תואם *Gg. uti et.* IV. Gemellos peperit *fœmina.* 2, *i. q.* אַפְצֵי Rem habuit cum muliere. *cca. G.* Jugulavit *ovem. cca. ſec.* Cum altero natus, *de quovis animali (& ſexu)* Cant 7. 3. & תום Secunda ſors aleatorii ludi *G.* *tert. i. q. præc. Du.* Gemelli. *etiam ſignum cœleſte.* 2, *i. q.* 2 *præc. v.* ואם *quart. Pl. ſan.* Conjugatus, ſerie conſequens. דמע תואם *Lachryma* continentes. דר תואם *Margaritæ* inter ſe nexæ. *quint.* Ovis quæ domi ſervatur ad mulcturam. *ſext. i. q.* לולו Margarita, *à nexu.* *ſept. id. Gg.* *oct.* Vehiculum muliebre haud prælongum. *non.* Herba exigua. *dec.* Gemellos pariens *fœmina.* *und.* Quæ gemellos parere conſuevit. Duplicato ſtamine, & ſubtegmine texta *veſtis.* *duod.* Ingeminato poſt curſum curſu veniens *equus.* *dec. tert.* Gemellipara *oves*, Cant. 6. 5.

תאן תְּאֵנָה f. Ficus, *fructus, et arbor, quæ flore deſtituitur, et aliis arboribus floreſcentibus, producit groſſos: Fici enim arboris fructus duplex, Groſſus, immatura, et intempeſtiva; et Carica, matura, et tempeſtiva ficus*, Gen. 3. 7. *Aff.* Jer. 5. 17. *Pl.* תְּאֵנִים c. 8. 13. *Aff.* Am. 4. 9. תאנים *v.* און תאנה תאניה *v.* אנה

CHAL. תְּאֵינָא תְּאֵינְתָא תְּיָנָא תְּיָנְתָא *i. q. Hebr. ib.* Jud. 9. 10. Hoſ. 9. 10. Joel 1. 7. *Pl.* תְּאֵינִין תֵּינִין תְּאֵנַיָא Num. 20. 5. c. 13. 24. Jer. 5. 17. Pſal. 105. 33. *v. Cl. A. Coq. Phytol. ſacr.* 9.

SYR. ܬܐܢܐ 2 ܬܐܢܬܐ ܬܬܐ ܬܐܢܬܐ ܬܐܢܐ 3 ܬܬܐ ܦܩܘܥܬܐ 4 ܬܐܢܬܐ 5 ܬܐܢ; *prim.* Ficus, *morbus. BB.* *ſec. f. g. i. q. Hebr.* תאנה *ib.* Luc. 13. 6. *tert.* Sycamorus, c. 19. 4. *quart.* Foramen, cui funiculus interulæ inſeritur, anſula, Exod. 26. 4. *quint vide* תון

AR. تأن 2 تأن تأون تاءوان تأن-تأن; *prim.* III. Technam commentus fuit, dolo circumvenire ſtuduit. *G.* VI. *id.* *ſec.* Inſidiæ. Fraus aſtuti. Ingenioſa, aſtuta inventio, machinatio.

תאק SYR. ܬܐܩܐ Theca, vagina. *Vox à Latinis (quorum habent Syri quam plurima) mutuata.*

A R. تئق (تاءق) 2 ـئق 3 تأق 4 تأقة 5 متآق 6 متئق; *prim Fut. A*, Repletus fuit *uter.* Plenus fuit *mœrore*, efferbuit *irâ.* IV. Implevit *utrem. cca.* Adducto nervo incurvavit *arcum*, ultra longitudinem ſagittæ, *cca. quod etiam dicunt* אערק אלסהם פי אלקוס *demerſit ſagittam in arcum.* *ſec.* Feſtinus, promptus ad iram, malum. *i. q.* חדיר Præcipiti, acriore actus affectu (alacer, primæ ætatis, hilaritate cumulatus *equus.*) Malignus, iracundus. *tert. Act.* *quart.* Vehementia iræ, præceps iracundia. Celeritas, properantia ad malum. *quint.* Admodum agilis, plenus vigore *equus.* *ſext. i. q. ſec. Gg.*

תאר תָּאַר Efformatus, deſignatus fuit; Definivit, delineavit, Joſ 15. 9, 11. *Pih. id.* Iſai. 44. 13. יְתָאֲרֵהוּ *et* יְתָאֳרֵהוּ *Pyh.* הַמְּתֹאָר *Qui* deſcribitur; *at Intt. Or. eſt No. propr.*

תֹּאַר m. Forma, ſpecies, delineatio, Gen. 29. 17. *Aff.* תָּאֳרוֹ 1 Sam. 28. 14. תֹּאֲרוֹ Iſai. 52. 14.

Rab. תֵּיאֵר *i. q. Hebr.* Deſcripſit, denominavit. *Hithpa.* הִתְאָר Formatus; deſcriptus, denominatus eſt. *Pyh. id.* שֵׁם הַתֹּאַר Nomen formale, concretum, Adjectivum, denominans, *ut* רְאוּבֵן חָכָם *Hic* ראובן *eſt* שם הַמְּתוֹאָר *Nom.* denominatum, *et* חכם *eſt* שם התואר adjectivum. 2, *No.* Appellativum, *et* commune. תּוֹאַר *Theol.* Attributum, epitheton, proprietas, *i. q.* מדה *Attributa* החיוב *Affirmativa* השלילה *negativa*, *v. More* I. *c.* 52. תּוֹרִיתָא *i. q. H.* תַּאַר *Berac.* 37. 2.

SYR. ܐܬܬܐܪ 2 ܬܐܪܐ 3 ܬܐܪܘܬܐ 4 ܬܐܪܬܐ 5 ܡܬܐܪܢ 6 ܬܐܪܐ, ܡܬܪܐܢܘܬܐ; *prim.* Terminatus, determinatus eſt. 2, *i. q. Ar.* תעלם *ſec.* Pædagogus, magiſter. *tert.* Magiſterium. *quart.* Conſcientia. Act. 23. 1. c. 24. 16. Heb. 9. 9, 14. *quint.* Stimulans, excitans, *Arab.* תאר Eccli. 38. 26. *ſext.* Eruditio, *i. q. Arab.* אתארה

A R. ثارات (ثئير) ثئر *Pl.* ـه ثار 2 ثار

9 ثار 3 ثؤرة 4 ثار 5 ـأ *Pl.* آثار ا ثائر 6

ثائر 7 ثؤرة ثؤور 8 ثاراه يا 9 مستثير ؛

prim. Fut. A, Gg. i.q. אנתהר *Intahara, ſ.* זבר Inconſtans fuit in vivendi ratione. Poſtliminio dives eſt effectus. *Gg.* IV. Protendit, intendit *viſum in rem, ccga. et cap et* אלו *r.* Percuſſit *fuſte, ccap et* ב *r. G. illud* contemplari incepit. *ſic. ſine Hamza ob frequentiorem uſum, i. q.* מרה *Accuſ.* Unâ vice. Semel. Quandoque. *tert.* Talionem cepit, cædem cæde ulciſcens, *ccap ſ. c* ב *p. etiam cap et* ב *r.* Jus vindictæ habuit. *cc* ל Num. 35. 27. Cupidine vindictæ, *et* odio hinc nato perſecutus fuit (לא תארת ידאה Inutiles *ipſi* ſunt *manus.*) *Paſſ* Talionem conſecutus fuit, *cc* ב *r pro quart.* IV. Ultionem ſumpſit. *Gg. aliis, ad* אתיאר *refertur.* VIII. אתאר *Itthâra, pro* אתתאר *Ithtâra,* Vindictam talione obtinuit *de alio, cc* מן X. Invocavit opem ad talione vindicandam propinqui cædem. *quart, Act. G. et poſt.* Is quem aſſequitur ultor, qui quidem pacatum illum reddit, ut poſtea pacem ineant: *quint. Act. ipſa* Talio. Sanguis *pro ſanguine* effuſus. Homicida propinqui, cujus ſanguis in talionem expetitur. Qui vindictæ cupidum placat, quietat. *ſext.* Talione ulciſcens. Odio vindictæ, irâ ardens, perſequens. *G.* Qui in re perſeverat, donec illius compos fiat. *ſept.* Odium, vindictæ cupido, רחל *oct.* O cædem ejus. *non.* Opem implorans ad vindicandum.

תבב CHAL. תַּבֵּב Vibravit, contorſit, 2 Sam. 23. 18. Fudit, proſtravit, diffluere fecit, confecit, interfecit, v. 8. Jud. 4. 7. Iſ. 4. 23.

A R. تب 2 و تب (تباب) تباب 3 تب

تبب تباب تبيب 4 تبة 5 تاب *Pl.*

أتباب 6 تبي 7 تبوب 8 تبوب 9

تتبيب 10 تبيب 11 تبيب تب 12

تبة 13 تباب 14 تبابة 15 تابة ; *prim.*

Fut. 7. Gg. Detrimentum cepit, damno affectus fuit. Periit, *Cor. Sur.* 111. 1. *c* יד — Reſecuit, קטע abrupit *rem, cca. G.* Debilitatus, vitioſus, mancus fuit. Profligavit, exterminavit. II. Perdidit, detrimento affecit. IV. Debilitavit, enervavit *vires, cca.* X. Paratum, rectè diſpoſitum fuit, bene ſe habuit *negotium. ſec. Act. et* תב *uti tert.* Damnum, detrimentum. Interitus, exitium. Adverſus, afflictus. 1 Sam. 14. 33. *Bc.* תבאבה Malè *illi* fit, pereat. *quart.* Status gravis חאלה שדידה *G.* Natura, conſtitutio corporis firma. *quint.* Vir magnus. Imbecillus. *Aſinus* dorſo profligato; talis *camelus. ſext.* Fructus non diſſimilis שהריז *ſept.* Exitii locus, מהלכה *oct. id.* Id ſupra quod coſtæ incurvantur, & complicantur, *Gg. & pro* תנוב *Pinus, malè. non. Act.* II. *Cor. Sur.* 11. 93. *dec.* Conſenuit שאח *G.* Cautus fuit. *und.* Conſedit firmus aliquo loco, *ſ.* potis quid facere. Captavit alienum ſermonem, detulit*que.* 2, *prius* Completus, abſolutus fuit, תם VII. *id. duod.* Cœtus, turba. Medium ciſternæ. *v.* חבי *dec. tert. Cor. Sur.* 24. 56. *Sion. Bd. in meo Cod* תיאבכם *dec. quart.* Dentes duales, *ſ.* canini, qui primò oriuntur. *fo. pro* תנאיא *Gg. dec. quint. pro* שאבה Juvenca, *G.* Vetula, *Gg.*

תבג AR. تبج 2 تبج 3 ـة 4

تبيج 5 ـة 6 تبيج تبيج 7 اتبج 8

اتبيج 9 تتبجة متبجة تبج 10 اتبكر 11

تبكرة 12 تبكارة 13 ¶ تبك 14

تبودك ـد ; *prim. Fut. 7.* Conſedit in extremos pedum digitos, natibus in calces depreſſis. II. Confudit, nec bene diſtinxit *ſcripturam, cca.* 2, Impoſitum dorſo *baculum* retortis tenuit, geſtavit*ve* manibus, *cc* ב *quomodo incedere paſtores ſolent.* XI. Repleto, craſſo, & laxo fuit *corpore, G.* Pinguis fuit. *ſec.* Pars dorſi inter ſcapulas media. Medium dorſi. Medium *rei cujuſque.* Majus in quovis genere; *pec.* Major cumulus ſabuli. Pectus avis קטא pardali. Conturbatio, confuſio (repetitio) *ſermonis, vel ſcripturæ, G.* Avis quædam. Cùm ſcriptionis lineæ ſunt inæquales. Prætermiſſio declarationis *rei. tert.* Res media inter bonas, & malas. *quart. i.q. ult. ſec.* תחג *quint. i.q. tert.* תבנה *ſext. Act.* 2, II. *ſept.* Latam, *ſ.* elatiorem habens mediam dorſi partem. *oct. Dim. prac. non* Bubo, *ſ. i.q* אנוק *v.* אנק *dec.* Contremuit præ terrore. Obſtupuit. Retroceſſit, reſiliit attonitus. Aufugit. Defecit, receſſit à facienda re. *G.* Imbecillus fuit, nec rem ſecundâ vice amputare potuit. Vacillârunt *in inceſſu.* Fluxit *aqua. und.* Scrobs, quam cavando facit aqua canalis. *duod. id. Gg. dec. tert.* Firmavit, ſtabilivit, *Cor. Sur.* 21. *Bd. v.* תבת *dec. quart.* Qui vendit interanea gallinarum, *jecora, corda ſtomachos.*

תבה תֵּיבָה תֵּבָה f. Arca, Gen. 6. 14. *hæc diſtincta fuit in tres contignationes, ut corpus humanum in tres ventres; Inſima excipiebat pabula, & excrementa; Media continebat feras; Suprema Noë cum liberis, & animalibus cicuribus; Contignationes autem diſtinctæ fuerunt in Nidos, ut ſingula avium, ac ferarum paria, haberent peculiarem manſiunculam. Januã habebat in latere ad introitum, et exitum, ad quam aſcendebatur: Tectum habebat curvum, in medio non altius uno cubito; in tecto habebat, tentorii inſtar, feneſtram cubitum altam, atque ita fabrefactam, ne per eam pluvia, ſed tantùm lux in arcam illaberetur. Schindl. Cn.* Exod. 2. 3.

CHAL. תֵּיבוּתָא *i.q. Hebr.* תבה *ib.* 2, Dictio, vox, vocabulum. תֵּיבָה *id.* תימה ברול Cavea. *Pl.* תֵּיבִין תֵּיבוֹת תֵּבוּתָן *Maſor.* רָאשֵׁי *et* סוֹפֵי תֵּיבוֹת *Abbreviatura ex initialibus, et ultimis vocum literis deſumpta.*

S A M. ࠕࠁࠄ Nuntiavit, retulit. *i.q.* ࠕࠀࠁࠄ *v.* ࠀࠁࠀ Gen. 27. 42. ࠀࠕࠄࠁࠀࠕࠀ *i.q Chal. ib.*

A R. تبنهس (*) تبوه تابوه v. تبب

2 تبا 3 تبي 4 تبه *Pl.* تبات تبون

اتبيه اتابي 5 تتبيه ; *prim. i.q* תבחתר *Venit* גאף יתביהם ſolus, nudus, nihil unà ſecum habens. *G v.* בהס *ſec. Fut. O. i.q* ענם *et* עוא Pugnâ aggreſſus, prædatus fuit, *G.* Optavit. *tert.* Perſeveravit *in re, cc* עלו II. Collegit. Congregavit bonum, *et* malum. Continuò operam dedit *rei.* Laudavit *alium* ob vitam. Conqueſtus fuit de ſtatu ſuo, *et* neceſsitate. Rectè concinnavit, emendavit Auxit. Abſolvit. Magnificavit. Patriſſavit. Diſpoſuit, paravit ſe, *G.* IV. Gratias egit *ob beneficii liberalitatem. quart. pro* תבי *Thobajon,* Agmen, caterva, *eaque* diſgregata, hominum, equitum à 10 ad 40. Medium piſcinæ, ciſternæ; *quod in eo confluit aqua, à* תוב *quint. Act.* II. *G.* Gratiarum actio pro vita, *et* beneficiis, *pro potu, alimento, etſ.* Cùm aliquid magnum redditur. Amplificatio. Auxilii imploratio. Quodlibet malum.

תבט A R. تبط 2 تبط 3 ـد f. ـة

Pl. اتباط تباط 4 تبط 5 تتبيط 6

تابك الرومي 3 *prim.* Divertit, retinuit *à negotio, ccap et* מן *r.* 2, Immoratus, fixus fuit, *cc* עלו *r. Av* 1. 122. 3. *cc* עלו *r.* 3, Intumuit *labium, G. Negotio* aſsiduâ curâ, ſolerter adſtitit. *med. Keſr.* Languit, torpuit, *G.* Imbecillus fuit. II. *i.q.* 1, I. Segnem, *et contra,* cupidum reddidit. *Cor. Sur.* 9. 45. Retardavit *illum* à re præſtanda, *cc* עו IV. Continuò, vix ullâ cum remiſsione detinuit *eum morbus, ccap. v.* תבת *Cor. Sur.* 9. 46. V. Abſtinuit, deſtitit ab opere, תוקף Moram traxit. *ſec. Act.* 1, I. *tert.* Deſipiens, ſtultus in iis quæ facit. Languens, torpens; Gravis, *de homine, et equo. quart. Act.* 2, 3, I. *quint. Act.* II. *ſext.* Seſeli. *BB.*

תבל תֵּבֵל f. Orbis *habitabilis,* οἰκουμένη, Pſal. 9. 9. Prov. 8. 31. *v.* בלל

CHAL. *Pah.* תַּבֵּל Condivit, ſapidius *aliquid* reddidit, *additâ pinguedine aromatibus, aliiſque rebus guſtu ſuavibus; et. Metaphor. Orla c.* 2. 4. *Schab.* 89. 2. מְתוּבָּל Conditum. תַּבָּל Condimentum. בית תבל Cellulæ ligneæ, in quibus diverſa leguminum genera diviſim ponuntur. *Pl.* תַּבְלִין *Baſra* 16. 1. *Erach.* 13. 2. תֵּבֵל *i.q. Hebr.* 1 Sam. 2. 8. Iſai. 14. 17, 21. c. 18. 3. תּוּבְלָא Spica. שבולת Gen. 41. 5. *Pl.* תּוּבְלַיָּא v. 24. תּוּבְלַיָּא Funis, *Nedar.* 89. 2. *Currit per ſcalam, & funem, (nullo parcit labori) nec poteſt quicquam diſcere. (Per Scalam aſcendebant in arbores; per Funes, fructus decerptos demittebant; nullos fructus reperientes, caniſtra demiſerunt vacua.) Baſra* 33. 2. תִּבְלְלָא *i. q. Hebr.* שבלול *ib.*

SYR. ܬܒܝܠ ܬܐܒܠ ܐܘܩܘܡܢܝܐ 2 ܐܘܩܘܡܢܝܐ

ܦܘܡܐ ܐܒܠ ܐܝ 3 ܐܘܩܘܡܢܝܐ ܐܝ 4 ܬܒܝܠ ;

prim f. *i.q. Hebr.* חבל *ib.* Rom. 10. 18. Univerſitas. *ſec* Liguſticum, *Ar.* כאשם *tert* Univerſalis, œcumenicus. *quart.* Iberia, *ſ.* Italia, *à Tubal Japheti filio, ſic dicta,* Iſ. 66. 19 Ez. 27. 13. *et.* תובל

ÆTH. ትብልዖ፡ ዘመቅፈረት፡ Ἐπωμὶς Scapularis veſtis, tunica brevior *ad contegendos humeros: Veſtis ſtrictæ genus eſſe aiebat Æthiops IL:* Exod. 28 4. *Pl. Af.* ትብልዒሆን v. 8. *Affine* Diploïs.

AR. تبل 2 تبل 3 ـد *Pl.* تبول

تبابيل تبايل 4 تابل تابل *Pl.* توابل

(*) توبل 6 توبل 7 تبال 8 تبيل 9

متبول 10 توبال 11 تبالة 12 تابول

13 متوبلة 14 تبل 15 تبل تبل ; *pr.*

Lat. Debilitavit, ægrũ reddidit; Dementavit. Confecit, *uti amantem amore ſui fœmina.* Afflixit, perdidit, delevit, *ut homines fortuna, cca.* 2, *i.q. ſext.* תובל *cca.* II. & III. *i.q.* 2, II. *Gg* IV. *i.q.* 1, I. *ſec.* Tempus profligans, & exitium afferens. *tert. rarius Pl.* תבאביל *i q.* תרה Malevolentia, odium, inimicitia. *i.q.* אסקאם Ægritudo, debilitatio, conſumptio, *ceu Act.* I. *G.* Amoris inſania. *quart. id. quint.* Condimentum ollæ, *ut* aromata, olera, *etſ.* quæ cibo dum coquitur adjiciuntur. *G. Av.* II. 155. 1: 165. 44: 224 12: 524. 30. & *Tabilon,* Subtegmen telæ. *ſext.* Ejuſmodi rebus inſtruxit, condivit ollam. *v.* אבל *ſept* Qui tale condimentum ollæ habet, qui illud cibo commiſcet. *oct.* Orix, *pro* תיתל *non.* Amore percitum, inſanum *cor. dec.* Squama, ſcoria ferri, æris, auri, *vulgò* Tobal *v. Perſ. Av.* I. 266 *t. Nom viri, à quo illud prius.* Gen. 4. 22. *und. Nom. oppidi Arabiæ Fel. duod.* Folium betle. *v.* תנבל *dec. ter.* Aromatizata, *Av.* I. 556. 14. *in MS.* מתעטרה II. 113. 2. *dec. quart.* Aſperſit תפל Dan. 4. 15. *O. dec. quint. pro* תפל Reliquiæ in imo vaſis, *aliuſve rei.*

תבן תֶּבֶן m. Stramen, palea, Gen. 24. 25. Exod. 5. 18, 12. מַתְבֵּן m *id.* Iſ. 25. 10.

CHAL. תִּבְנָא תְּבֶן *i.q. Hebr. ib.* Ezech. 13. 10. הִתַּבֵּן Stramine conſpergi, *qſ.* Straminari. *Mezia* 103. 2. מַתְבֵּן Straminarium, *locus in quo reponitur ſtramen. Peſac.* 8. 1. תון *v.* תבונה

Syr. ܬܒܢܐ *i.q. Chal* שביל תבנא Galaxia.

AR. تبن تبانة 2 تبن 3 ـد 4 تبن

5 ـة 6 تبني 7 تبن 8 تبان 9 ـد 10

تبين (*) توابنان 11 تبن 12 تبن

تبن تبان 13 تبنة 14 تبن تبنة 15

متبنة (م) ; *prim. Fut. 7.* Stramine nutrivit *animal,* pro pabulo ſtramen præbuit,

buit, *cca.* Vendidit ſtramen. 2, *med. Keſr.* Viſum, animumque intendit רק אלנטר & פטן acutè vidit. Intelligens, callidus, ſolers fuit. II. *i.q. ult. præc.* VIII. Inductus fuit, induit femoralia parva Tubbâ non dicta. *v.* חבאן *ſec. Act.* 2, I. & חבאנה *i.q.* פטאנה & טבאנה Intelligentia, perſpicacia. Aſtutia. *tert. Act.* 1, I. & *uti quart.* Stramen, palea, Mat. 3.12. 2, Dominus liberalis, nobilis, illuſtris. Magnus crater, unde viginti homines explere poſſunt ſitim. Lupus מכה— Juncus odoratus. *quint. Unit. præc.* Pars ſtraminis, ſtraminulum unum, *in Oriente enim ſtramen non integris culmis eſt, ſed triturando in partes, & paleas conteritur. ſext.* Paleæ colorem, naturam habens. Ad paleam pertinens, *Av.* I. 68.42: 124.49. *ſept.* Accuratus indagator. Manus ſuas in quamlibet rem immittens. *oct.* Qui ſtramen, *ſ.* paleas vendit. *non.* Femoralium, *ſ.* ſubligaculi genus breve, (ad menſuram palmi) quod tegendis ſufficiat pudendis tantùm; ad genua pertingit, quibus utuntur nautæ. *Eſt Perſ.* תנבאן *dec.* Ab hepate progredientes *venæ.* (*) *v.* חוב *und. Fut. ז.* Complicatâ parte quadam, *ſ.* extremitate conſuit *veſtem, cca. v.* חבן (Partes priores *femoralium* ſimul conſuit.) 2, *uti* IV. & V. In loculo, *ſ.* ſinuata veſtis lacinia poſuit *rem*, & duabus manibus geſtavit, *ccar.* & פי *lo. duod. Act.* 1; I. *it.* חבאן *uti* & *dec. tert.* Loculus, *ſ.* lacinia veſtis duabus manibus ſuſpenſa, in quas palmulæ, *aut* res aliæ reconduntur. Uter. Corbis, *in eum uſum confecta. dec. quart. id. Gg.* & Hujuſmodi veſtium complicatio. *dec. quin.* Burſa, in qua mulier ſpeculū, *et* ſimiles res reponit.

חבס SYR. ܐܬܒܝܣ Thebais, *No. reg. et Ar. id.* חבס *v.* בון

Ar. تبس Miſtio, *Scal. Act.* V. *Conj.* ܬܵ בם *v.* בסס

חבע CHAL. חֲבַע Quæſivit, requiſivit, inquiſivit, poſtulavit, Iſai. 1.12. Eſth. 2.15. Pſal. 142.5. & 22.27. Iſai. 62.12. c. 1.17. Ezech. 20.3. c. 34.10. *Rab.* Exegit, repetiit *debitum, depoſitum, mercedem,* Jer. 15.10. *Ithpe.* אִתְּבַע *Paſſ.* 1, I. Eſth. 2.23. תְּבִיעָה Exactio, petitio *debiti, depoſiti, &c.*

SYR. ܬܒܥ 2 ܬܒܥܐ 3 ܬܒܥܬܐ 4 ܬܒܘܥܐ;

prim. Ultus eſt, vindicavit, exegit, *i.q Chal. cc* ל Act 7.24. Urſit, *Par.* 2 Par. 24.6. תְּבַע עִירְתָא Vindex *progeniei,* Ruth 4.1,3. *Imp.* Luc. 18.3. *Inf.* Deut. 23.21. *Fut.* c. 15.2. c. 18.19. *Ethpe. Paſſ.* Luc. 12.48. c. 11.50. *Par.* v 51. Gen. 42.22. *ſec.* Ultio, vindicta. *tert. id* Luc. 18.7. Exactio, 1 Mac. 1.30. *quart.* Ultor, vindex, Iſai. 35.4. Rom. 13.4.

ÆTH. ተብዐ: Maſculè ſe geſſit. *Imp.* ትብዕ: IV. አትብዐ: Validum, robuſtum reddidit, virilem animum addidit. V. ተተብዐ: Validus, robuſtus factus eſt, Virile robur accepit, animum virilem *ſibi* aſſumpſit, obfirmavit animum. ተትቢሎሙ: Gen. 34.25. ተተብዑ: ወጽንዑ: Ἀνδρίζου καὶ ἴσχυε, Deut. 31.8 *Inf.* ተተብዖ: Robur virile, fortitudo. አተታብዐ: Bono animo fuit, 24 *Oct.* ትብዓ: Fortitudo, audacia, 10 *Sept.* ትቡዕ: Validus, robuſtus *factus*, *IL.* ተብዕት: Mas, maſculus, Gen. 1.27. Act. 7.19. ተብዒ: Fortis, virilis, animoſus. *Pl.* ተባዕያን: Strenuè proſequentes, Judæ 12.

A R. تبع 2 تباعة تبع (تبع) 3 أتباع

4 تبع *Pl.* تبايعة ـ ايع & تبايعة تبايع 5 تبع

6 ـة 7 ـة 8 تبع 9 تابع f. ـة *Pl.* تبع

توابع 10 تبيع f. ـة *Pl.* تباع تبايع

(تباعي) 11 تباع (*) تويبع 12

تباعة تبعة 13 تبعة 14 تبا 15 تبعات

16 الشمس تبوع 17 تبعي 18 دار

تبعة 19 متبعة 20 تبع 21 متبع 22

متبع f. ـة 23 تبع اتباع 24 متبع

25 متبع 26 متبوع 27 متتابع 28

استتباع استتابع; *prim. Fut. A.* Secutus, inſecutus, perſecutus, ſectatus fuit, Gen. 24.5. Deut. 12.30. Joſ. 3.3. 1 Reg. 19.16. *cca.* III. Secutus, imitatus fuit, 1 Reg. 16.21. *ccap.* & עלי *r.* 2, *i.q.* אחכם & אתקן Firmiter, ſolidè, certò perfecit, tali modo, *ac* ſucceſſu proſecutus fuit *aliquid. cca. G. Arcum* aptavit, ita ut validus ſit. Gratum fuit pabulum *camelo*, ut illo pinguefactus fuit. Pabulum *cameli* vires reparavit, *illi* in hujuſmodi re opem tulit. IV. *i.q.* I. & Aſſecutus fuit, *cca.* Fecit ut ſequeretur, & aſſequeretur, 2 Tim. 3.10. *E. Cor. Sur.* 20.47. Subjunxit *rem rei, ccga.* Poſt ſe habuit. V. *i.q.* חטלב Quæſivit, petiit continenter, *atque* inſtando, *cca. G. illud* animo verſavit. Frequentavit. VI. *i.q.* תואלי Conſequenter, ſucceſſivè fuit, fecitve, *uti vice poſt vicem incidit in malum, ita caſpitavit homo ebrius.* Ultro citroque motis ſcapulis ſuccuſſatim inceſſit *camelus.* VII. Sectatus eſt *exitum ad veritatem per demonſtrationem.* VIII. *i.q.* I. *cca.* Pſal. 60.7. & *i.q.* V. *inprimis apud Poëtas.* Proſecutus, perſecutus fuit *pugnâ, exilio, ccga. G.* Alter alterū ſecutus eſt. Alter ad alterum mutuò acceſſit. X. Petiit ut ſequeretur, *G. i.q.* I. *Av.* I. 22.32. *ſec. Act.* I. *Cor. Sur.* 40.47. c. 26.36. *et poſt. Sing. Pl. et Pl.* אתבאע Qui inſequitur, aſſecla. Pedes quadrupedis. *v. quart.* תבע. *In Accuſ.* Poſt, Lev. 20.5. Deut. 13.4. Joſ. 22.17. *tert. Pl. præc. quart. Nom.* commune Regum Arabiæ Fel. *Poc. H. Arab.* 65. *Cor. Sur.* 44.37. c. 50.14. Umbra, *quòd ſequitur Solem.* Anteriores, *et* poſteriores pedes quadrupedis. Sequax, Exod. 23.2. מא אדרי אי תבע הו Neſcio quis homo ſit. דאר אלתבאבעה Domus in urbe Meccana, in qua natus fuit Muhamed. *et* תבאביע Species volucris, *ſ.* inſecti volantis, *vel* ܬܵ בעסוב (*al.* Perdix) *et quibuſdam,* Rex apum, *quem ſectatur velut ſubditorum agmen. quint. Unit.* 1, *præc. ſext.* Sermonem ſermoni connectens, *Gg. ſept.* Qui proſequitur orationem, partem parti ſubjectens, *G.* Avis quædam. *oct.* Amator *mulieris. et uti non.* Sectator, aſſecla. *i.q.* מטאלב Qui ſtudioſè quærit, petit *rem.* Spiritus familiaris, qui hominem comitatur quocunque vadit. (*Gram. ſignificat,* Duplicari vocalem præcedentem unicâ ratione, *&c.*) תאבע אלננם *i.q.* אלדבראן Oculus tauri. *dec. i. q. præc.* תאבע —ה 2, Adjutor, tutor. Debitor, qui pecuniam debet, (*ſ.* cui greges dederis, ad aliquid obtinendum, *vel* ut ex illo partem habeas. לם תגדוא לכם עלינא בה תביעא Non invenietis ſuper illud aliquid habens, *h. e.* nihil debeo, nec eſt, qui illud quærat.) & *Pl.* Vitulus primi anni, *G.* Vitulus cornibus æqualibus, *ſ.* qui matrem ſectetur. *it. Tibaon, i.q.* ולאא Conſequentium rerum ſeries, & ſequela. *Act.* III. *und. c* אלננם— *i. q.* תאבע— (*) *Dim. præc. duod. i.q.* עקוב Tormentū, pœna, ſupplicium, (*pœnæ ſequela*) Act. 16.37. c. 19.38. c 22.25. c 24.19. *Nom.* rei, in qua partem habes ſimilem illi, quam accepiſti. *Gg. dec. tert. id Gg. dec. quart.* Vindicta, Job 13.26. *dec. quint.* Ambitiones, Prov. 1.22. *dec. ſext.* Ventus flare incipiens cum ortu Solis, & cum eo ſe convertens, donec ad ortum redeat, atq; hinc ſpirare pergat. *dec. ſept. i.q.* מסתחרמה Libidine fervens, præ eâ taurum ſequens *vacca. G.* Vacca, quâ uti, *ſ.* veſci nefas. *dec. oct. i.q.* דאר בתאבעה *v. quart. Gg. dec. non.* Inveſtigatio. Cum aliquid ſectamur. *vig. Dim.* ܬܵ תאבע *i.q.* תאבע אלננם *vig. prim.* Quam fœtus ſequitur *ovis, vacca, pellex, ancilla, G.* אנא מתבעך עליה Ego tibi tempus ad ſolvendum concedo. *vig. ſec.* Sequens, conſequax, continuus, *G. & poſt. Act. ult.* III. *vig. tert. Gram.* Cùm dictio dictioni alteri jungitur, eâdem manente ſignificatione, *ut* חסן בסן *Pulcher, G. Act.* IV. Num. 15.39. *vig. quart.* Succeſſivus, —um. *Schindl. ex Avic. vig. quint.* Inſequens, inſequax, *Cor. Sur.* 44.23. *vig. ſext.* Celebris. *vig. ſept.* Pari per omnia *ſcientiâ* pollens *vir. ccg.* Æquabili, integrâ corporis formâ præditus, (cujus notæ, *ac* ſigna alterius ſimilia ſunt) *equus.* Æquabilis, nodis carens *ramus* (non implicitus cum aliis, nec ſurculum habens) continuus. 2 Sam. 21.1. *Pl. Cor. Sur.* 4.91. *vig oct Act.* X. Conſecutio, *Av.* I. 554.14. attractio membrorum, & ſucceſſiva ſuctio.

חבק חביקין חביקין Cubitus Sanctuarii medius, *ſc. ſex palmarum. Aqu. Breſ. r. ſ.* 31. *al. æqualis* Cubitis Noæ *v. Aruc. B. Muſaf.*

AR. تبق 2 تباق (تبق تبق)

تبق ـه 3 تبوق 4 تابق ; *prim.*

Fut. ז Gg. Exundavit, alveum perrupit *fluvius:* 2, Diffudit *aquam, cca.* 3, Lachrymas celeriter profudit *oculus.* 4, Repletus fuit *puteus.* VII. *i.q.* אנפגר Diffuſus fuit, irruit derepente *in eos aqua fluens. Vir* Invectus fuit *verbis, cc* עלי *p. ſec. Act.* I. *it. ult. Thibkon, et tert. ejus Pl.* Locus, quò exundavit flumen. 2, תבוק *Act.* 4; I. *quart. Ag.* 2, *i.q.* עויר Multus, profuſus liberalitate.

חבר תְּבַר Fregit, confregit, effregit, diffregit, Pſ. 105.33. & 69.21. Ezech. 4.16. Pſal. 51.19. & 34.19. *et* 10.15. Iſai. 2.19. c. 45.2. *Pah. id.* 2 Reg. 23.14. 1 Reg. 19.11. Exod. 23.24. *Ithpe. ſ. Ithpa. Paſſ.* c. 22.10. Iſai. 24.10 c. 30.31 c 38.13 c. 8.9,16. Exod. 22.13. תְּבַר תְּבָרָא Fractio, fractura, contritio, ruptura, Lev. 21.19 c. 24.20. *Pl.* תְּבָרַיָּא Job 41.16. Eſth 6.1. תְּבָרָא *id.* Jer. 4.20. Iſai. 51.19. תְּבִיר תְּבִירָא *id.* c. 60.18. Am. 6.6. *Pl. Cn.* Pſal. 93.4. *Af.* Ezech. 26.16. תְּבִירוּת *id.* Thr. 3.65. תְּבוּר *id.* Iſai. 30.14. תְּבָרָא Objectio, quæſtio contraria, *quâ reſponſio, vel ſententia alicujus Infringitur, Kama* 48.2. *Moed. cat.* 17.2. *al.* Excommunicatio, *quia in ea ſolebant tubâ clangere, et ſonum ſubinde Infringere. Hal. Ol.* 111. *c.* 2. חוּבָר Laqueolus; foramen, *per quod traducitur ligula in femoralibus; aut lorum in ſaccis coriaceis; al.* תופר *pl* תוּבְרוֹת חובריות *Majm. Hal. Tephil. c.* 3. *hinc* אִשְׁתַּבַּר Laqueolos fecit, *Kelim c.* 20.6. *al.* משיתבר מְתַבְּרִין Fluctus, Pſal. 42.8. מְתַבְּרָא מְתַבַּר Sella parturientium, *Hebr.* משבר Exod. 1.16.

SYR. ܬܒܪ 2 ܬܒܪܐ & ܬܘܒܪܐ (*) ܬܒܪܐ

3 ܬܒܘܪ 4 ܬܒܝܪܐ 5 ܬܒܝܪܘܬܐ 6 ܡܬܒܪܢܐ;

prim. i.q. Chal. ib. Rapuit, deprædatus eſt, 2 Sam. 17.8. Pſal. 7.2. *Pah. i.q. Chal. ib. Ethpe. Paſſ.* Joh. 19.36. *ſec.* Confractio, contritio, fragmentum, Iſai. 30.14. præda, c. 5.29. (*) Columna ferrea molæ. *tert.* Thabor, *mons altiſſ. in medio Galilææ campo, ex omni parte rotundus æqualiter, ſitus ad Occidentem Terræ Sanctæ, unde et pro* Occidente *ponitur: altitudo ejus triginta ſtadiorum; in eo Chriſtus creditur transfiguratus, S. Hieron. ad Marcellam, Menolog. Æth.* 13 *Aug. aliter Cl. D. Lightf.* Mar. 9.2. *quart.* Confractus, contritus, תביִרי לבא Luc. 4.18. *quint.* Apoſtemata, ſuppurationes. *ſext. i. q.* 1; *ſec.*

SAM. ࠕࠁࠓ *i.q. Chal.* Percuſſit, percuſſus fuit, Exod. 9.25. Lev. 26.17. Num. 14.40,42. Deut. 1.42. c. 28.25.

A R. تبر 2 تبرة 3 ـة 4 ـة 5 ـة 6 تبارة

7 ـة 8 تبرية 9 تبراء 10 تابور 11 متبور

12 تتبير 13 متبر (*) متبرة 14 متوابر

15 تبرين 16 تبرك 17 تبرين 18 تبر 19 تبر

20 تبر ـة تبير 21 من تبار علي هو

22 أمر تبور 23 تبرة 24 ـة 25 متبر

26 متبور 27 متابر 28 ـة 29 ابتار 30

تتبير; *prim. Fut.* ז. Interiit, periit. II. *i.q.* כסר Fregit in partes. Exitio dedit, *cca.* IV. *ſ.* VIII. *i. q.* אנתהי Interdicto prohibitus fuit. Separatus, reſectus, abruptus fuit, *cc* עו *p. vel r. ſec.* Pulchri coloris *camela. tert.* Perditio. Fractio. *quart. Coll.* Aurum, *et.* argentum nativum, antequam ignem, *vel* malleum ſit expertum, (*hoc enim eſt* דהב) *G.* Num. 10.13: 15.2: 13.

14. & 35.24. Fragmentum vitri, omnis גוהר ex ære, *vel* orichalco. *quint. Unit. præc.* Particula nativi auri, *&c. illud enim arenarum, & glareæ formâ colligi ſolet.* *ſext.* Exitium, interitus. הלאך *c*— דאר Orcus, *G.Cor.Sur.*71.29 Ligo latus alterâ parte, alterâ præacutus. *ſept.Act. oct.* Furfur capitis, הבריה *non. i. q. ſec. G. dec.* & תאבור *Nom.* montis. Pſal. 88.13. *und.* Periens. Profligatus, *Cor.Sur.*27.102. *duod.Act.*II. c.25.39. *dec.tert.* Perditus, exitio datus. (*) Diſrupta itio, *Av.*II.83.45. *dec.quart.* Frequens, creber, *Bd.* *dec.quint.* Tabrizium, *metropolis Aderbizjaniæ. Ptolom.* Γαϐεὶς *pro* Ταϐεὶς. *dec.ſext.* Conſtitit *in loco, cc* ב *qſ.*V. תּ̃ו ברך *dec.ſept.* Res, aliquid. *dec. oct. Fut O.* Retinuit, prohibuit *ab aliqua re, ccap* & מן *r.* 2, Perdidit, exitio dedit. Damno, detrimento affecit. 3, Abegit. Maledixit, imprecatus fuit. 4, Receſſit, abſtinuit. 5, Periit, interiit, detrimentum cepit. 6, *med. Keſr.* Apertum fuit *ulcus.G.* *med.Dam.* Dementatus eſt. II. *i.q.* 1, I.G. III. *i.q.* ואטב Aſſiduus fuit, continuò inhæſit *rei, cc* עלו 1 Cor.7.5. Act.8.13. VI. *i.q.* תואנב Inſiliverunt, irruerunt in invicem. *dec. non. Act.G.* Deſolatio. Væ, heu. Cùm qui, *vel* hæc profert deſolatus, *vel* in alios miſericordiâ motus. Calamitas extrema. *vig.* Cohibitio, vetatio. Abactio à re. Deceptio. Maledictio. Perſecutio. Expulſio. Maris refluxus. Profligatio. & תּ̇ביר Montis Meccani nomen. *c* —אלאתברה *&c. Alathibrati*, Diverſas *notat* ejus partes. *vig. prim. i. q.* עלי אשראף מן קצאירה Imminet, incumbit peragendæ rei. *vig. ſec.i.q.*2, *dec.non.* Interitus, exitium Damnum, jactura, detrimentum. Perditio, exitii illatio. *vig.tert.* Terra plana. Terra, pulvis ſimilis calci. Foſſa, ſcrobs in terra. *vig quart.* Frumenti in area cumulus, *pro* צברה *vig.quint.* Locus ubi homines ſedent, conſeſſus. *i.q.* מקטע *i. q.* מקצר Locus ubi mulier parit, Exod. 1. 16. *Var.Lect. vel* camela, *al.* ubi mactatur camelus, *G.* Locus in quo aliquid amputatur, *ſ.* dividitur. *vig. ſext.i.q.*2, *dec.non* לאטנך מתבורא *Te puto* dementem, maledictum, bonorum omnium expertem. *vig. ſept.* Durans, inſtans rei. מתאברא Inſtanter, continuè. *vig oct.* Aſſiduus labor in re, aſſidua cura, 1 Cor.7.35. *vig.non.i.q.* תתאקל Gravatus fuit *facere quid.* Gravis, ſegnis, averſus fuit *ab aliqua re, cc* ען *trig. Act.*II.C.*Sur.*25.39.

תבש ÆTH. ተቢሳ: Linteum, faſciola, *quâ caput circumligari poteſt*, 3 Re. 21.38,41

AR. ثبس 2 ثباس ; *prim. No.propr. i.q.* שטאח *per Metath.* *ſec.* Amabilis, jucundus, *Av.*I.60.10.

תבת SYR. ܬܒܬܐ ܬܘܒܬܐ ܬܘܒܬܐ 2ܬܒܬܐ;

prim. Vomitus ; Stercus, ſordes, Deut. 23. 13. 2 Reg.18.27. Iſai.28.8,10,13. *ſec.Nom.* populi, Dan.3.2.

ÆTH. ታቦት: m. Arca, סברה Mat. 24. 38. Pſal.131.8. 1 Pet.2.5,9. Menſa *ad celebrandam S.Synaxin adhiberi ſolita, Miſſ.*158.2. & 174.2.

AR. تبت تبت (ـه) 2 ـتي 3 تابوت
(تا) *Pl.* توابيت (*) ثبت 4 ثبت 5
ثبت 6 ـه ثبيت ثابت 7 ـه *Pl.* ثوابت 8
ثبات 9 و 10 و (ـه) ثبوت 11 و 12
مثبت 13 ثبت 14 تثبيت 15 مثابت 16
مثبوت 17 ثبوتة 18 اثبات 19 تثبيت;

prim. Regnum Tebet ſeptentrionali Sinarum regioni ab occaſu conterminum; *al.* חטא *Regnum* Cbatai, *G. celebre ob muſcum ſuaviſſimè redolens.* *ſec. Denom. præc. Av.*I.204.41. *tert.* Arca, *pec.* feralis. & תּ̇אבוּה G.Pſal.121.9. *it.* תּ̇אבוּת *i.q. ſext.* תּ̇אבת (*) Mœſtum, ſollicitum eſſe, animo angi. *quart.Fut.O.* Conſtitit, ſtabilis, fixus, conſtans fuit, Joſ.10.8,12, *cc* עלו Strenuus fuit *eques* Perſeveravit, Exod.8.18. Pſal.88.36: 93.20. *R.* Verus, certus fuit *ſermo.* Reſtitit, Pſal.75.7. *R. cc* ל 2, *med.Dam.* Firmâ mente, & prudentiâ fuit. Obfirmato, obſtinato animo, ſtrenuus fuit, 2 Sam 22. 49. *Bc.* II. Stabilivit, fixit. Detinuit aliquo loco. 2, Conſtans, aſſiduus fuit *aliquâ re. G.* Num. 30. 15. Deut.27.26. Neh.9.8. Exod.6.3. Joſ.15.9. Pſal 118.28: 74.3. *R.* III. Certò cognovit, *cca.G.* Præſtò fuit, Act.10.7. *ccap.* Firmiter hæſit, *ccar.* Tit. 3. 14. 2 Cor.1. 24. *E. cc* עלו IV. *i.q.* 1, III. Gen.31. 32. c.27. 3. c. 38. 26. c.37.32: c.42.7. Deut.18.8. *i.q.*II *cca.pec.* Firmavit fidem, ſancivit. Continuò tenuit *eum morbus* ; *ſic ferè in Corano.* Graviſſimo vulnere affecit, *G.* Legavit, 2 Reg.14. 22. *ccar.* & ל *p.* V. *Paſſ.*II. & Obfirmavit ſe, ſedem fixit. Moram traxit. Præſtitit, perfecit. VIII. *Paſſ.* II. & X. *i.q* 2, II. Affixus, obſtrictus, adſtrictus fuit, *G.* Conſultavit *de illa re.* Accuratè *illud* exploravit, inquiſivit. *quint.i.q.dec* תּ̇באת Conſtantia, *ſpec.* immoti animi in pugna. *i.q.* תּ̇נה Firmum argumentum, *G. c*— דא Solidum, conſtans, validum. *ſext.* Fixus, ſtabilis, conſtans, Joh.8.37. Gen.41.32. Num.30.13. *ſpec.* תּ̇בת Qui firmato eſt corde. *c* —אלעדר *Algadari*, Qui inter altercandum nunquam ſilet. *Non judicabo de hac re* אלא בתּ̇בת *niſi* rectâ adhibitâ conſultatione, judicio, *ſ.* demonſtratione. *it.* תּ̇אבת, תּ̇בית Qui firmâ eſt mente, *atque* prudentiâ. Firmus in curſu *equus.* & תּ̇בית Strenuus eques, (qui ab equo non dejicitur, qui in prælio haud à ſua ſede recedit.) & תּ̇אבת (*id.Gg.*) Immotus præ morbo. *G.* Animi invicti. Intelligendi vis. Rectus, certus *ſermo*, Deut.17.4. *ſept.f.* Pſal.24.6: 110.7: 111.7. *R.* Joh.9.41. *pec.* Stella fixa. *oct.* Vinculum, quo adſtringitur ſella camelina, *ſ.* mulieris calyptra, *Gg. i.q.dec.oct.* *non.* Morbus, præ quo quis ſe movere neſcit. *dec. Act.* Lev.26.37. Deut.18.8. *E.* Iſai. 34. 15. תּ̇באתא Perpetuò, Lev. 25. 23. תּ̇בות Act.6 10. *E.* *und.* Conſtantia. Soliditas. Immobilitas. *duod.* Conſolidata, confirmata *res.* *dec.tert.* Firmans, 1 Reg.2.4. Pſal.17.36. *R.* Neh. 9. 9. *dec.quart. Act.*II. Conſolidatio, confirmatio, corroboratio, 1 Reg 8.29. *dec. quint.* Firmum reddens. Aſſiduè inhærens, Act.1.14. *dec. ſext.* Stabilitus, firmatus, Jac.1.1. *Bd.* *dec.ſept. Act.*2,1. *dec.oct.* Soliditas, firmitas. Cùm aliquid firmum, & ſtabile redditur. Rei certa aſſeveratio, confirmatio. *dec. non. Nom.* cujuſdam animalis. *i.q.* תיבל *Bd.*

תגג SYR. ܬܓܓ Coronatus fuit, *BB.*

AR. ثجّ 2 ثجّ 3 ثجّ 4 ـه *Pl.* ثجاج
(ثجاج) 5 ثجّ 6 ثجيج 7 ـه 8 مثجّ 9
ـه 10 مثجّ وطب مثجّ 11 ثجثج ;

prim. Mutatus ; Auſus, conatus fuit, *Bd.* יתּגאנון & יגאגין *malè pro* יתחאגון & יתחאנון *ab* חג *ſec. Fut O,* (*J. Gg.*) Fluxit, *et.* affatim *aqua, ſanguis mactati animalis.* 2, Effecit ut flueret, effudit. (Minxit, *c* —באר) VII. *i.q.*1, I. Profuſus fuit. *tert. Act.* *quart.* Hortus, pratum amœnum, in quo piſcinæ, *vel* ſimilia aquæ conceptacula. תגאג *Pl. Gg.bis.* 2, *Act. Av* II.138.38,43. *quint.* Effuſor. Vehementer, copioſè aquam fundens *pluvia.* *ſext.* Fluxus aquæ *ex alto deſcendens*, סיל *ſept.* Butyrum in lacte manui, *ſ.* utri adhærens, *G.* 2, *i.q. p rac.* *oct.* Orator diſertus, חטיב מפוה *non.* Piſcina, locus aquam continens. *dec.* *Uter lactis*, cujus butyrum non coïvit in unum, *ſ.* concrevit, *Gg.* *legit* --רטב *Dactylus acerbus*, cujus ſpuma non eliciatur, *vel* ſimul coëat. *und.i.q.ſec.*

תגא CHAL. תָּגָא Corona, Eſth.2.17. *T.*2.Can.5.7. *Pl.* תָּגִין Eſth.1.3. Lex, *Avos c.* 1.13. *Qui* תגא *ſibi inſervit, ſe perdit*: Apex, virgula *ſuper literam notata, ornatûs cauſâ, Menach.*29.2. *Majm. Hal. Tephill. c.*2. *Ephodi Gramm. præf. Skickard. Jus Reg.*41.

SYR. ܬܓܐ ܬܓܐ *id.* Deut. 32. 42. Eſth. 6. 8. *in equi capite — corona regni. v. Syr.* & כתר *Et hoc in more eſt adhuc apud Æthiopes, Alvar. Hiſtor. Æth.c.*105 *Pl.* Apoc.13.1.

תגב AR. تجاب 2 ـه 3 تجباب ;

prim Quod de lapide argentario (argentum in ſe continente) primâ vice liquefactum fuit, ita ut adhuc pars argenti in lapide ſuperſit. *ſec.* Pars, fruſtum תּ̃ו *præc.* תגאב *qſ. Unit.* *tert.* Linea, ſtria argenti in minerali lapide conſpicua.

תגר CHAL. תִּגְרָא Sceptrum, ſcipio, baculus, Eſth.4.11. c.5.2. Pſal. 23.4. *Ar.* תגר *v. in* וגר

תגה ÆTH. ተግሀ: Vigilavit, Pſal.126. 2. Mat. 26. 46, ተጋሕኩ: Vigilavi, Pſal.101.8. *Imp.*Eph.6.18. *Metaph.* Intentus fuit. አትግሀ: Expergefecit, excitavit *è ſomno* ; Admonuit *negligentem.* ትጉህ: Vigil, pervigil. 2, Diligens, intentus *rebus agendis.* ትጉሀ: Apertè, *Pl.* ትጉሃን: *Angeli* vigiles (tutelares) *Miſſ.*174. 2. *Unus videtur ex novem ordinibus Angelorum, Lit. S.Joh.* ትጋህ: Vigilantia, ſtudium vigilandi, 24 *Sept.* ትጋህታት: Illecebræ, vanitates, *Lit. S. Jacobi. v. Ar.* נהת *Zjahatha.*

AR. ـه تجه 2ـه اتجه 3 تجاه 4 تجي
(*) تجاه 5 اتجح 6 تجي (تجا) 7
تجي 8 تجو ; *prim. Fut. J. pro* תוגה Convertit ſe. יתגה Conſiderabit, *R.* *ſec.* Præſtò adfuit, *Gg.* Tractus eſt, *Av.*II.38.19. *pro eo in MS* תנגרב *tert.* E regione, ex adverſo, *qſ.* contra faciem *tuam. v. in* וגה 1 Sam.30.21. 2 Sam.6.20. c.12.12. *quart.* Inveſtigavit, & תגאה *R.* (*) Peregrinatio. *v. in* לגאה *quint.* Fluxit *pluvia* multum, guttis confertis pluit. *v.* יתגג *v.* ተወኝ: *ſex.* Conticuit, quievit, סכת *G.* 2 Profligavit, diſtraxit, confudit *ſupellectilem.* IV. *Tranſ.cca.*2, *i.q.*2, 1.*G. ſep. Act.G. oct. Act.Gg.*

תגל SYR. ܬܓܠܘܣܘܣ Bugloſſum. *BB.*

ÆTH. ተጉለት: *Nom. reg. Æth. i.q.* ሸዋ: *Luſitan.* Xoa, *IL.*

AR. ثجّل ثجل 2 ثجيل *Pl.*
ثجال 3 ثجل 4 ثجل 5 ـه ثجلة
6 ثجلا ثجلا 7 اثجل f ثجلاء 8 مثجل;

prim. Lenocinari verbis. 𝔏o cajole. *It.* Far compimento. *ſec.* Verborum fucus, ceremonia. *tert.* Magno, amplo, laxo ventre fuit; Tumentia habuit hypochondria, *G.* Elumbis fuit. *quart. Act.* *quint. poſt.G.* Magnitudo, amplitudo ventris. *ſext.* Magno ventre *mulier.* *ſept.* Ventroſus, qui magno. laxo ventre, & tumidis præcordiis. Ampla, capax *pera.* Patentior pars *vallis, G.* Potior fluvii pars. טענה אלאתּגלין Fodit *eum* gravibus, monſtroſis verbis. *oct.i.q.quint.*

תגם SYR. ܬܓܡܐ ܬܓܡܐ *Lat.* Agmen, *Off.Mar.*156. *Hebr.* אגדה

AR. ثجم ثجم 2 ثجم ; *prim. Gg.* & IV. *i.q.* דאום Continuavit ; Pluere properavit *cœlum.* Multum, & continuò (multis diebus) pluit. *ſec.* Properantia, *prius*, receſſûs *à re. poſt.* diſceſſûs.

תגן SYR. ܬܓܢܝܐ Attenta, profunda meditatio, Iſai.16.3. *v.* יגה

Æth ቴጕን: *i.q.* ጤጋን: Teganum, Lev. 2.5. c.6.21. *IL.*

Ar. ثجن ثجن Via per ſalebroſam terram. *v. Ar.* שכם & חשן

תגר CHAL. תַּגַּר תְּגַר Negotiatus eſt, mercaturam exercuit, Deut. 21. 14. Gen.42.34. *Ithpe.* אִתְּגַר Ligavit, litem fecit, Pſa. 35.1. תַּגָּרָא תַּגָּר Negotiator, mercator, Eccl. 5. 9. Gen. 38.2. *Pl.* תַּגָּרִין Ezech.17.4. תַּגָּרְיָא Eccl. 7.20. *Cn.* Eſth.10.1. *Af.* Iſai.23.8. תַּגְרָא Mercatura,

catura, Zach.14.21. תִּגְרוּתָא id. Negotiatio. תִּגְרוּתָא minus propriè, Prov.17.16.c.27.26.c.3.14. cum 31.8. תִּגְרְתָא תִּגְרָא Lis, contentio, certamen, rixa, Prov.15.18. Pſal.31.21.& 35.23. Prov.6.14,19. שרו לי תגראי ברישא Expedite mihi litem (petitionem) meam primò, Nedar. 62.1. Kidduſh.70.2. Jevam.63.1. תגרת מלחמה Congreſſus belli. תִּגְרָנָא תִּגְרָן תִּיגּוּר תַּגָּר id. Litigioſus, rixoſus, contentioſus, Prov.26.21. f. תִּגְרָנִיתָא c.21.19. c 25.24. תִּגְרָא Amphora, Nom. vaſis, Becor.9.1. al. אגרא al. תיגארא תִּגְרָא Scipio, baculus. Senes euntes אתיגרא ad baculum, Taan 6.2. Mezia 21.2. Pſal. 23.4, al. תגרא תוגרמה Garmania, Germania, Gen. 10.3. v. Jon. TH. h.e. Regnum Edomi, ſ. Romanum, R.Sa. Megilla 6.2. it. Turcia, Coſri præf.20. 39. תוגרמים Turci. תוגרמית Turcicè.

SYR. ܬܓܰܪ 2 ܬܰܓܳܪܳܐ 3 ܬܰܐܓܽܘܪܳܐ 4
ܬܶܐܓܽܘܪܬܳܐ, ܬܰܐܓܽܘܪܳܐ, ܬܰܓܳܪܳܐ, ܬܰܓܪܳܢܽܘܬܳܐ 5 ܬܶܐܓܽܘܪܬܳܐ;

